ra: ita contingit animae Sôis, quantumvis rationis participi, egra
quidem est, non percipit spualia, & aeterna, nisi sanitate recuperata
per gratiam, spualiter quae effecta vetustatem deponat errantium
cupiditatum, iuxta illud ep. 4. 22. Deponite vos veterem Sôem se-
cundum prorsanam conuersationem, qui corrumpitur secundum de-
sideria erroris: & renouamini autem per mentis vrg. ¶ Itaque se Sa-
bet anima ad spiritum, ut corpus ad animam. Corpus per ani-
nam viuit vita naturali, seu animali, addit etiam rationali, seu di-
uisiua; Verum tamen anima per spiritum viuit vita superna, atque
spualiter. Et (ut ita dicam) celestis, ac supra mundana. Sic etiam patet
illud 1. Corint. 5. 45. Factus est primus Somo (Adam) in
animam viuentem (i. anima viuens, Sôis est animal, siue Somo
viuens animalis vita, quae inter alios animalium secretis terrae,
terrena rapit, & appetit. nouissimus Adam in spiritum viuificantem
i. Sicut factus est Somo spualiter non solum viuens spualiter,
sed etiam viuificans, scilicet vitam praestans alijs Sôis spri-
tualtem. Vbi per synecdochen anima pro Sôis animali, similiter
spiritus pro spualiter ponitur. Et illud 1. Thes. 2. 23. ipse Deus
patris (Christus) sanctificet vos per omnia, ut intever (incorruptus
factus) spiritus vester, & anima & corpus (sine querella (i. crimine
de quo argui possit) in aduentum Dni mi. Jesu. Ch. seruetur)

1754

Aug. spum dicitur qui intelligimus, animam, qua vivimus, corpus, quo
 visibiles & contractibiles sumus. Greg. Nise. apud Theopylactum
 tum, spum, animam, & corpus, exponit tres gradus anime, ratio-
 nalem, sensitivam, & vegetativam. ipse Theopylactus cum
 Chrysostomo spum intelligit charissima, seu donum spum,
 quod accepimus in Baptismo, quocirca, ait si spum in nobis fu-
 serit, & anima & corpore immaculata erimus, ut cum prudentibus
 virginibus spum quasi lucerna oleo gratie refulgentem ingrediamur
 ad sponsam omni ex parte perfectam, ac sine defectu aut macula.
 Vult itaque Apostolus, ut ita conservemus gratiam Dei, quam
 accepimus in Baptismo, ut spum. 1. Somo novus, ac spiritualis
 omnino in sua integritate perseveret omnibus virtutibus, ac donis, ex
 cultus, atque ornatus, & tam intus anima, quam extra corpore mun-
 dus, ac purus existat, & appareat ante conspectum eterni
 iudicis. Huc spectavit Glossa cum spum integritatem ex ma-
 litia anime, corporisque constare affirmavit.

34.

36.

Huc etiam pertinere videtur illud 1. Cor. 2. 11. Quis enim
 scit hominum sensum, nisi spiritus hominis, qui in ipso est?
 Hinc spum distinctum esse ab anima. Quia ipse in creata atten-
 dit. Didimus sepe supra citatus. Quare operis precium est, ut
 credatur esse id spum, de quo in Sac. ro. acceptione tractamus. Aug.
 cente apud Bedam, spum Sane hominis distinguit ab anima hominis;
 quod ille participat ut spiritus Dei per gratiam, unde adiangit Aptus.
 Nos autem non spum huius mundi accepimus, sed spum, qui ex
 Deo est. Hic spiritus quia a Deo est, dicitur spiritus Dei, atque
 in hoc est, spiritus dicitur hominis.
 Alias sic loquitur. Aug. spiritus hominis dicitur anima
 ipsius potentia rationalis, qua dicitur a partibus, & eius nature lege
 dominatur. & alibi, Unusquisque homo non habet in se proprium
 spiritum: animus enim cuiusque proprius est eius spiritus. De quo Paulus
 quis enim scit hominum sensum, que sunt hominis, nisi spiritus hominis
 qui in ipso est. Non enim novus quod cogitas, aut tu quod
 ego cogito. ipsa enim sunt propria nostra, que in interioribus cogita-
 mus,

Augustinus
Gregorius
Theopylactus

Chrysostomus
Theopylactus

Matth. 23
quod in cornu
Virginum

Glossa

1. Cor. 2. 11.

spiritus in ho-
mine distin-
gitur ab anima
& ab intellectu
dicitur.

Augustinus
Beda.

spiritus hominis
quomodo dicitur
spiritus

Augustinus

spiritus hominis
potentia
rationalis



cogitamus, & cogitationum unius cuiusque Suis, ipsius spiritus testis est) sed hunc spum aut Aug. esse, quo sumus, alterum vero quo sancti sumus, & hunc sanctum dicitur ex Deo; qualem Sabuit Ioannes, quae venit in spu Helig; qualem, & Sabuit Elias, Sabuit Moyser; & quamuis dicitur sit spum Moysi, fuit tamen spum Dei sanctus, quia a Deo Moysi datur, & deinde septuaginta senibz, cum dixit Dnus. Tollam de spu tuo, & dabo eis. Ex his constat Augustinum posse in hoc spum distinctum, non modo ab spu Sancto in creato, sed etiam ab anima sensitua quam vigere dicitur solum in infantibz ante usum rationis; & ab anima rationali; qua distinguitur homo à bellia; & constituitur in esse hominis, non tamen in esse huius spualis; licet ipsa appellatur spum, sed spualis fit per spum, quae ex Deo est, cuius participat fit per gram spum sancti. Illud idem Aug. est (inquit) animae quasi maritus spum Suis. quia animalem affectionem tamquam coniugem regit. Hic ergo spum Suis cum praesens est, i. intentus est, & se pietate subiungit Deo, intelligit homo quae spualiter dicuntur. Cum autem Diaboli error, tamquam absente intellectu, in anima committitur, abuter est. Appellat itaque virum spum rationalem, qui sensus infamulatum redigit, corpus suum servitutis subiungit. Hunc vero dicitur virum esse Samaritanum, qui luce veritate illustratus, & spualia intelligere, & aquam spualem, accipere queat, & addit, cum & ipse spum hominis esset Christus, quia caput viri Christi, amplexus spualia eterna vita sine ullo separationis timore perfuerat. Quis enim nos separabit à Charitate Christi? Rom. 8. 35.

Huc facit etiam illud Rom. 8. 16. ipse enim spum (sanctus) testimonium reddit spum nro (menti scilicet ad superiora erectae) quod sumus filij Dei. Nonne dare videri spum Suis distinctum ab spu sancto, sed an v. ^{secernatur} ~~confertur~~ a spu nro, qui dicitur anima non ab alijs explicatur, praeter Didymum. est vero hic locus, quam praecedens apthor, ut de spu distincto ab anima explicari queat.

37.



illud egiudem pro compto habeo, non distinguo substantialiter Sicut
spum ab anima rationali, qd mentem dicimus, sed formaliter
cum taxat.

38.

Nim vero anima Socris, prout est substantia quaedam, et forma spi-
rituali, appellatur anima, & animus, mens, & ratio, atque etiam
spus: Attamen, ut subsistat spiritu sancto, i. diuine græ, qua
Dei filij sumus, alijs que donis supernaturalibz, per eundem spum
sanctum communicatis, quibz ad superna, celestia que eleuatur
atque excolitur, appellationem sortitur spus ab eodem spū
sancto, a quo regitur, veluti nutu acceptam. Nunc etenim habet
id quod supra naturam ei accedit, ut abstracta à corporalibz,
carnalibz, terribz, mundanis, infimis, secularibz curis, co-
gitationibz, desiderijs, alacris, & spontanea aspirat ad alta,
incorporea, supercelestia, inuisibilia, diuina, ac sempiterna. Hoc
innot. Ioa. 4. 24. Dominus Samaritanam studens femi-
nam, spūs est Deus, & ex qui adorant eum, in spū & veri-
tate oportet adorare. Exiit igitur animus, reu spūs
Socris, si non à corpore carneo, & animali; at certe à
conditionibz carnis corporez, & animalibz animalis; hoc
est à cupiditatibz sensus, à seculi amore, à mundanis affec-
tionibz, & prauis cupidinis technis, dolis que fallacibz; ut
tam clerus liber compeditibz, intricatis retibz, immunitis catse-
ris, quasi assumptis spiritalibz pennis euahatur supra se
ipsum, supra que mundana omnia pernici volatu ad Deum
perueniat; ipsius ineffabili dulcedine, & aspectu gloriæ eter-
nūm perfructurus. Enquid velit, quō ve intendat Aposto-
lus, cum ait, spū ambulate & desideria carnis non
perferetis. Non minus carnis acceptiones ambiguz sunt
quam spūs, & si non tam multz; quas tamen, ut Socris
versiculum claudamus, sequenti Deo auspice persequemur
& explanabimus.

Anima ratio-
nalis differt
a phantas-
ia

JOAN. 4. 24

V. 16. prout
ex v. 16. cap. 5.
persequemur



Synopsis

Synopsis.

145
641

38. Ut has omnes spūs acceptiones facilius retineas sic in prospectu
absque exemplis locabo.

39.

Spiritus sig.^t

1. Halitum.
2. Flatum.
3. spūm seu Vitalem, seu animale.
4. Aërem.
5. Ventum.
6. Vocem.
7. Sonum.
8. Odorem.
9. Animam.
10. Vitam.
11. Vim animi.
12. Voluntatis affectionem.
13. Sensum Mythicum scripturæ.
14. Angelum.
15. Dæmonem.
16. Spectrum.
17. Deum.
18. spūm sanctum increatum.
19. spūm sancti donum.
20. anime rationalis partem intamam, siue superiorem i. Men-
tem Dei grā illustratam, & adornatam.

40. Illustrationes & inspirationes bonorū Angelorū ad donum
spūs sancti possunt referri, quæ est 19. acceptio.

Illustrationes vero Dæmonis adnumerari queunt cum animi vi
& affectu voluntatis, quæ sunt 11. & 12. acceptiones. illæ enim
vix, illeque affectus ardentior p̄ ad malum impulsu dæmo-
ni, s̄ etiam ad bonum impulsu spūs boni.



92

Divus Augustinus de Genesi ad literam lib. 12. c. 9. spiritum accipit
 pro vi imaginativa seu phantasia prosertim cum de prophetia
 disputans sic ait. Quibus signa per aliquas rerum corporalium
 similitudines demonstrabantur in spiritu, nisi accessisset mentis offi-
 cium, ut etiam intelligerentur, nondum erat prophetia: magis propheta
 erat, qui interpretabatur, quod alius vidisset, quam ille, qui vi-
 disse. Unde apparet magis ad mentem pertinere prophetiam, quam
 ad istum spiritum, qui modo quodam proprio vocatur spiritus, vis
 animae quaedam mente inferior, ubi corporalium rerum similitudi-
 nes exprimuntur. Hoc tamen acceptio, nisi fallor ad 11. seu 12. per-
 tinet. Nam illa animi elatio sine fiducia, qua ad res magnas confi-
 lyq. accedentes afficitur, movetur, excitatur, ex vi videtur ap-
 prehensione videtur existere. Vide 3. N. 16.



[The remainder of the page contains several lines of text that have been heavily crossed out with multiple diagonal strokes, rendering the original content illegible.]

V.17. Caro enim concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem: Hæc enim sibi inuicem aduersantur, vt non quæcumq; vultis illa faciatis.

V.18. quod si spiritu ducimini non estis sub lege

V.17. Nam caro concupiscit aduersus spiritum, at spiritus aduersus carnem. Hæc autem inter se mutuo aduersantur, vt non quæ volueritis, eadem faciatis.

V.18. quod si spiritu ducimini non estis sub lege.

V.17. Nam caro concupiscit aduersus spiritum, at spiritus aduersus carnem. Hæc autem opponuntur alia alijs, vt non quæcumque vultis illa faciatis.

V.18. Si verò spiritu ducimini non estis sub lege.

V.17. Caro siquidem concupiscit id, quod lædit spiritum, et spiritus id, quod lædit carnem (aduersatur carni) Proinde hæc duo sunt sibi inuicem contraria, vt non, quod vultis, faciatis.

V.18. quod si spiritu ducimini non estis sub lege.

His

V.17. Poygue la farne codicia contra el espíritu, y el espíritu contra la carne. que estos se contrarian vno a otro para que no sagais todo lo que queráis. V.18. Pero si os desais guiar del espíritu no estais abasalla dos de la ley.

Theoria. I. de Textus coherentia.

Caro enim. Sanctus Bruno particulam enim exegeticam credidit. Explicat iam, inquit, Apostolus, esse desideria carnis; quæ, et si propter assiduam pugnam non possunt non sentiri; tamen ob spiritus ductum non perficiuntur. Hanc itaq; conflictionem experientia ipsa docet; cum nemo non sentiat in se ipso, ac perhorrescat; vt asserit etiam Scripandus. Mihi coniunctio enim causalis videtur. Nam rationem reddit V.17. et 18. diuinus Paulus, quapropter, qui spiritum ducem sequuntur, minimè succumbant carnalibus desiderijs; scilicet, quia superiores sint lege. vt pote qui dirigantur superiori vi spiritus sancti: atq; adeò in periculoso nimis carnis et spiritus duello, diuina gratia aduti, victoriam reportent, Sabenis peritissimi sessoris spiritus sancti, veluti generosi equi obtemperantes. Petrus Lombardus. iusserat, inquit, spiritum ambulandum, ne iugum carnis subire cogeremur; iam reddit rationem; quod scilicet grauis sit inter carnem, et spiritum collectatio. Illa enim semper nouis collectis viribus dimicat; tamen, vt apparet in bonis, victoria stat ab spiritu, i. ratione, gratie Dei auxilio munita. Sanctus Thomas, necessitas, inquit, exponi



tur primi illius beneficii, (hoc est, liberationis à seruitute legis, in quo status est Charitatis) nimirum cognita carnis, et spiritus pugna.

Theoria 2.

quid sic caro significat. Varie sententia.

2.

Caro. Theodoretus, carnem, inquit, dicit, mentis, inclinationem ad deteriora; spiritum verò, gratiam, quæ inhabitat, et ducit ad præstantiora. Theophylactus, carnem, inquit, appellat. Apostolus. Humana cogitationes, et mentis affectus (qui terrenis in rebus versantur, proinde ac desides, et torpentes) non corpus; et spiritum, spirituales aliquam cogitationem, non animam. Terrestris igitur contemplatio spirituali penitus aduersatur, et spiritualis terrestri. Hæc sententia Chrysostomi infra. Lombardus ex Augustino in Genesim, Caro concupiscens dicitur carnalis delectatio, quam de carne, et à carne spiritus habet aduersus delectationem quam solus habet. ipsius autem concupiscentie carnalis causa non in anima sola, nec in carne sola; ex utroque enim fit, quia sine utroque delectationum la sentitur. Legionensis, fomitem mala libidinis à primo peccato in nostra natura inditum, carnis desiderium nominat Apostolus, quamuis non in una insit carne, sed in utroque hominis parte, resideat, scilicet carne, et anima, quoniam quidquid vitiosum est, et corruptioni obnoxium, quodque spiritui opponitur, id in sacris literis caro vocatur. Ambrosius duas, inquit, leges (sicut facit in Epist. ad Rom.) quæ inuicem aduersæ sunt, unam Dei, alteram peccati; quæ ideo in carne significatur, quia visibilibus oblectatur libido peccatorum; ut his sibi aduersantibus medius homo non ea, quæ vult, agat.

Libertas
ga necastat
spiritu charit

Theodoretus
Caro est incli
natio ad vici
riora
Theophylactus
Cogitationes
affectu terrenis

Chrysostomus
Lombardus
Delectatio car
nalis in toto
homo, scilicet carne
et anima.

Legionensis
Fomitem mala
libidinis

Ambrosius
Lex peccati

3.

Salmeron, Non est sermo, inquit, de carne, qualem habuerunt primi parentes; cum nudi minime erubescerent; sed de carne post peccatum originale; qualem reliqui omnes obtinuerunt; quæ etiam post baptismum corrupta est per fomitem relictum ab originali peccato. Unde est illa concupiscentia, et erubescencia, quæ enim, sibi commoda sunt, et amica, uti sua, desiderat, et ad ea vehementer accenditur; cum tamen spiritus sua, scilicet spiritualia, et honestati consentanea, expetat. Unde fit plerumque, ut caro, quasi ciuis mundi sui, spiritum hospitem vincat. quod testatus est Ovidius Metamorph. 7. Mens aliud suadet, video meliora, proboque.

Salmeron
Caro corrupta
per fomitem

Sibi commoda
associans.

Caro minus
cuius spiritus
Socius.

Ovidius

Deteriora sequor.

Christotiles similiter in Ethicis, cum ait; ratio dictat, caro verò agit.]

Aristoteles

Augustinus contra Iulianum refert, fuisse Parmenianos, et Verusianos Serticos Manicheis similes, qui dicerent, hominem à Sumbis ad pedes à diabolo conditum; superiorem autem partem à Deo, veluti supra vasim aliquam collocatam. quocirca homini seruandæ anime mundæ curam incumbere, quæ superiori in parte esset; inferioris libidini seruiens curam nihil ad ipsum attinere. sed se renia, nugæque sunt somniantium ebriorum.

Augustinus
t. 7. li. 1. c. 1.
Parmenianos
Verusianos

Inferior part
libidinis serui
ens.

S. Thomas, sicut oculus, inquit, videre dicitur, quia per eum tamquam

S. Thomas



per

per organum proprium anima videt, ita caro dicitur concupiscere; quia per eā anima concupiscit. Dicitur etiam caro concupiscere aduersus spiritum; quia cum anima occupatur in his, quæ inferiora sunt, retrahitur, seu retardatur ab his, quæ sunt superiora; ad hæc enim per se, ad illa per carnem attendit anima, siue spiritus. Hæc verò non contra carnem est in omnibus; sed solum in ijs, quæ caro superflue concupiscit. Spiritus enim modum perscribit carni in concupiscendo; caro verò, dum non seruat perscriptum modum, aduersatur spiritui.

4

Hieronymus carnem comparat terre, animam auro, spiritum igni; ait itaq; sicut aurum terre commixtum terra appellatur, ab ea separatum aurum dicitur, sed non probatum, at per ignem excoctum auri splendore, et dignitatem retinet; sic et anima inter carnem, et spiritum consistens, si se carni tradiderit, caro; si spiritus spiritus appellatur. si tamen proprio crediderit cogitatus, et absq; gratia spiritus sancti inuenire se estimauerit veritatem, quasi aurum sordidum, animalis appellationem ei, qui se habet impertietur; sicut à spiritu spiritualis, à carne carnalis Somo nuncupatur. itaq; spiritualis dicitur, qui spiritum sanctum doctorem sequitur; carnalis verò, qui se voluptatibus addicit; animalis denique qui instar philosophi proprios cogitatus putat esse sapientiam. Apollolus Corinthios obiurgans, videtur discrimen facere inter vocabula ista. sic enim habet 1. Corinth. 3. 1. 2. et ego fratres non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus, tanquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi non escam, nondum enim poteratis, sed nunc quidem potestis, adhuc enim carnales estis, et secundum Sominem ambulatis. Cum enim quis dicat, ego quidem sum Pauli, alius autem, ego Apollo, nonne Somines estis? Capite autem 2. 14. dixerat. Animalis autem Somo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei, stultitia enim est illi. Hæc pertinet ad philosophos, ut insinuat Hieronymus; illud verò ad tyrones in Christianismo, qui nondum à terrenis, et carnalibus sunt mundati. Certè cum Somo ex carne constet, et anima, per sinedochen, qua per partem totum significatur, ipse Somo interdum animæ nomine significatur, ut Genes. 46. 27. Omnes animæ domus Jacob, quæ ingressæ sunt in Aegyptum fuere 70. 1. personæ utriusq; sexus. Interdum etiam carnis, ut Galat. 2. 16. Propter quod ex operibus ~~non~~ Legis non iustificabitur omnis caro, i. Somo nullus; sicut ergo à carne carnalis, ita ab anima dicitur animalis Somo, sed (ut caro) frequentius carnalis sumitur in deteriorem partem pro Somine vicioso, animalis (ut anima) pro Somine in propria natura absq; ornatu gratiæ, sed non considerato peccato.

Chrysostomus sic videtur quibusdam (Manicheis ex Theophylacto) Apollolus dissecuisse in duo Sominem, quasi ex contrarijs compositum naturis, dū ostendit esse corporis pugnam aduersus animam; sed si, opere precium est, intelligant, non appellari sic carnis nomine corpus; neq; enim corpus est de numero eorum, quæ vis est concupiscere, sed animi; neq; enim corpus est de numero eorum, quæ mouent, aut agunt, sed quæ mouentur, agunturq;. Appellat itaq; carnem

5



EPD

pravam voluntatem (ut cum ait, vos non estis in carne, et qui in carne sunt Deo placere non possunt) cogitationem terrestrem, socordem, incogitantem, qua utiq; non est corporis accusatio, sed animæ negligentis crimen. Huius autem instrumentum est caro, instrumentum autem nullus odit, sed male organum tractantem, neq; enim ferrum, sed hominem, et odimus, et punimus. Loquitur igitur Apostolus de duplici cogitatione, quarum altera alteri adversatur, videlicet virtutis, et malitiæ, quod si anima, et corpus sibi invicem adversantur, se ipsa tollent, non aliter quam ignem aqua, tenebræ lucem. non sunt certè contraria, sed magnopere concordia, se vicissim tuentia, ut constat ex factis ipsis. Corporis enim curam agit anima, multaq; sollicitudine illi prospicit, vicissim corpus observit animæ, et ad illius operationem compositum est. igitur non corporis, et animæ, sed maliarum, ac bonarum cogitationum sic pugna proponitur. Augustinus lib. sententiarum. Prosp. Aegritudo, inquit, animi rationalis est, cum inferioribus delectatur superiora ex parte appetit, ex parte non appetit, ideoq; in duas dividitur voluntates, cumq; una est, tota non est, hocq; adest uni, quod deest alteri. voluntates appellat actus, et affectus voluntatis, id est, volitiones. = sterum Chrysostomus, siquidem, quæ mala sunt, carnis sunt, quæ bona spiritus, superuacanea est anima. Nequaquam. Nam huius est temperatura affectuum, et ad hanc pertinent. ipsa in medio sita inter virtutem, et vitium; si ad id, quod oportet utitur corpore, reddit illud spirituale; si recedit à spiritu; si se ipsam præbet malis cupiditatibus, reddet illud magis terrenum; (Sine infer) vides ergo eum non loqui de substantia carnis, sed de bona, et mala voluntate. Hoc dictum contra Manicheos, qui ex Soc Pauli loco duas substantias in homine ponebant bonam, et malam cum affectus de his essent intelligere.

Trava voluntatis vel cogitationis vultis carnis. v. supra sta. Caro animi instrumentum.

Cogitationis vultis, et malitia non carnis et animi descriptio.

Augustinus.

Volitiones contrarie.

Amma inter spiritum et carnem media est.

Mala voluntatis bona aduersari.

Manichei.

Concupiscit pro sensualitate et rebellione obediencie.

Concupiscit est desiderium, et appetitum.

Spūs quid? Dicitur superior vultis ad spiritum.

Spūs quid? Dicitur superior vultis ad spiritum.

Scholium

Scholium.

Concupiscit, concupiscere cum de carne dicitur in deteriore partem plerumq; sumitur: cum verò de spiritu (ut infra videbis) in meliorem capitur. Usurpatur ergo concupiscentia communiter pro sensualitate ex peccato corrupta, et rebelli, et inobediencie rationi, inditurq; nomen generis imperfectiori speciei, uti nomen animal frequentius irrationabilibus applicatur. Concupiscit aduersus spiritum, quia delectabile, et utile, licet turpe sequitur, neq; futurorum, sed presentium cura mouetur, neq; celestia, et sempiterna, sed peritura, et terrena appetit; in his q; dum sensu ducitur, vel potius trahitur, rationis leges omittit, et frangit. vnde Eccl. 18. 30. Post concupiscentias tuas non eas. Rom. 7. 7. Concupiscentiã nesciebam, nisi lex diceret. Non concupisces.

7.

Spiritus autem, i. pars animæ superior, mens, rationalis voluntas, gratia præsertim illustrata, concupiscit aduersus carnem, i. inferiorem animæ partem, siue sensualitatem, atq; corruptum appetitum, per formam tempus deprauatum, concupiscit enim, vel melius dicam, expetit quod



Sonatum est, et rationi consentaneum, quantumuis oblectationibus, et commodis corporis aduersetur. Presentia pro futuris, temporalia pro aeternis, caduca pro semper mansuris, terrena pro celestibus relinquit. Leges semper spectat, atque expetit, quae virtute continentur, et expeditam parant ad Caelum semitam. quae propter vigilijs, ieiunijs, carnis macerationibus, crebris ad Deum precationibus, alijsque austeritatibus, quae carni sunt inimica, oblectatur, et gaudet. Vir itaque spiritualis cum regio Vata ita loquitur Ps. 83. 3. Concupiscit, et deficit anima mea in atria domini, nimirum appetitua rationali Dei ope eluato. Sunc etiam Sortatur Ecclesiasticus cap. 1. V. 97. Fili concupiscens sapientiam conserua iustitiam, et Deus prebebit illam tibi. quem locum sic legit Augustinus contra Faustum lib. 22. cap. 55. Concupisti sapientiam, serua mandata, et Dominus prebebit illam tibi. quod promissum typice ostensum est in Iacobo Patriarcha, cui prius Syla, deinde Rachel in coniugium permessa est. Prius scilicet esse debet operationis labor, quam voluptas intelligendis, opusque contemplationem antecadat oportet, et illud egregium Sap. 6. 21. Concupiscentia sapientiae ducit ad regnum perpetuum. Notat autem Augustinus concupiscentiam absolute de vicio, cum appposito de virtute intelligi. vnde Ps. 118. 20. Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore. et eodem Ps. V. 174. Concupiui salutare tuum domine, et Lex tua meditatio mea est. ostendit Vites his locis vehemens desiderium per repetitionem, et quasi a fragilitate, seu contradictione metuat carnis, numquam non adesse sibi diuinae legis desiderium, meditationemque precatur. Haec desideria spiritus.

Haec enim sibi inuicem aduersantur, causa redditur, cur contrarias habeant cupiditates; quia scilicet inter se sunt contraria, et aduersa, atque adeo contrarias actiones habent, veluti quae diuersos motus sequuntur, = Spiritus namque sursum fertur, quae est natura propria spiritus; caro vero deorsum trahitur, quae eius terrena, ac natua propensio est. Senip. Soc. ad declarationem, Caiet. ad exaggerationem conflictus Suius adiungit. Lomb. usque adeo sibi aduersatur, ut non permittamini facere quaecumque vel bona vel mala vultis. Legion. Soc. subdit, quo magis constet fieri non posse, ut quis simul et carni, et spiritui obsequatur. Contraria nimirum se se mutuo expellunt, et excludunt.

Theoria 3.

De spūs, et Carnis contrarietate varij loci scripturae.

quae diuersitas, et contradictio, seu oppositio carnis, et spiritus videtur insinuata Eccl. 3. 21. quis scit si spiritus filiorum hominum ascendat sursum, et spiritus iumentorum descendat deorsum? iumenta nominantur peccatores, qui dum secundum carnem viuunt, nihil a iumentis differre videntur Ps. 35. 7. Homines, et iumenta saluabis domine. Ps. 72. 23. ut iumentum factus sum apud te. 1. mutus ob peccati metum. ergo spiritualium cogitationes sursum ad caelum tendunt ad Deum, qui solum beare potest; at carnalium ad ea feruntur, quae deorsum sunt, ac sensibus obiecta. Vnde Rom. 8. 5. qui enim secundum carnem sunt. (id est, carnales homines)

quæ carnis sunt sapiunt, non percipiunt, nec in precio habent, nisi quæ sensibus obijciuntur, eosq̄ deliniunt. qui verò secundum spiritum sunt. (Sic est spiritualis viri affectus. Carnis, et spūs diuersi fines affectus.) quæ sunt spiritus sentiunt, quæ scilicet æterna sunt, et Deo grata bona spiritualis viri expetunt, cognitioneq̄ capiunt, quò carnales minime attingunt, ut subditur; Nam prudentia carnis mors est. i. ad mortem pertrahit, Prudentia autem spiritus vita et pax, ad hæc nempe ducit, quæ in Deo inuenias, præterea nullibi. Nam sapientia (prius appellata est prudentia, idem autem nomen est Græcum ΠΡΟΨΗΜΑ) carnis inimica est Deo, Legi enim Dei (quæ in mente inest) non est subiecta, neq̄ enim potest, sicut fieri non potest, ut nix calefaciat. Beda ex Augustino. Prudentia, inquit, carnis dicitur cum anima pro magnis bonis temporalia bona concupiscit. quando enim talis appetitus inest animæ, Legi Dei subiecta esse non potest, i. non potest implere, quæ lex iubet, sed si spiritus talia bona desiderare ceperit, et temporalia contemnere, desinet carnis esse prudentia, et spiritui non resistet. Eadem quippe anima, cum inferiora appetit, prudentiam carnis habere dicitur, cum superiora prudentiam spiritus, non quia prudentia carnis substantia est, quæ induitur anima, vel exiit, sed ipsius animæ affectio; quæ omnino esse desinit, cum se totam ad superiora conuerterit. Addit deinceps Apostolus ibidem.

10.

qui autem in carne sunt (i. qui toti sunt in carnalibus oblectationibus, carnisq̄ desiderijs seruiunt) Deo placere non possunt. vos autem (qui scilicet fide, spe, charitateq̄ quasi cælesti alimonia viuitis, donec ad cælum peruenitis, Dei fruituri conspectu, in carne non estis, sed in spiritu. (i. ita vitam agitis, tanquam qui carnem exuti, vnum modo spiritum retinuissetis, carnis ex partes, ac in spiritum redacti) sitamen spiritus Dei habitat in vobis. Si enim mirum vitæ spiritualis prima causa est, habitatq̄ in ijs, in quibus gratia, per quam ijs indabit, conseruatur, et permanet. Hæc ex epistola ad Romanos retuli, quod fuse explicent locum presentem, aperteq̄ ostendant contrarietatem carnis, et spiritus.

11.

De hæc contrarietate carnis, et spiritus disputat Apostolus exactè in epistola eadem ad Rom. 7. eamq̄ v. 22. 23. sic exponit: Condelector enim legi Dei secundum interiorem hominem, video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, et captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis. ecce duas leges ostendit inter se ipsas contrarias, legem Dei, quam etiam legem mentis appellat, quod menti insculpta sit, per eamq̄ mens regatur, Sanc dicit à se probari, Sanc sibi gaudium afferre; legemq̄ membrorum, quam etiam legem peccati nominat, in membris existentem; quia ad peccatum inducit, et ex peccato originali manuit, dominaturq̄ in ipsa carne, membrisq̄ corporis, atq̄ carnalibus; quorum motibus, organiq̄ utitur; Sanc experitur, sed odit, atq̄ detestatur tanquam perniciosam, et mortis æternæ causam. vnde addit v. 24. infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius, i. de hæc lege existente in meo corpore, et mortem inducente, si enim liber sit à corpore, consequenter liber erit à morte.



id est, à lege mortis, quæ in corpore dominatur, nam respondet, liberari se posse gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum; et concludit caput. Vers. Igitur ego ipse mente seruo legi Dei, carne autem legi peccati. mentem intelligit Dei gratia illustratam; quam sic spiritum vocat. Hæc itaq; carnis, et spiritus contrarietas, quæ ex eo orta est, quod caro, i. inferior appetitus rebellis sit, minimèq; obtemperet superiori, ac rationali imperio voluntatis, quæ inobediencia pena est originalis peccati, æqua, et consentanea culpa. Iustum quippe fuit, ut qui mentem auertit à Dei obedientia, ei sua caro, sua q; sensualitas obedientiam subtraheret; ut acutè obseruauit Augustinus de ciuit. lib. 14. cap. 15. Deniq; ut breuiter ex dicam in illius peccati pena, quid inobediencia nisi inobediencia retributa est?

12.

Ergo Caro et spiritus, ut pote inimicæ hostes, et inimici in perpetua sunt luctu; continuum veluti duellam exercent; ex carne insurgunt tamquam eius satellites, et armati milites concupiscentia motus, qui spiritum de statu deturbare nituntur, quos aduersum exit spiritus gladium suum, hoc est, diuinæ legis amorem, et quasi pullulantes ex mala radice spinas tollit, atq; exurit ipso Charitatis igne, implens illud sanctum mandatum. Post concupiscentias tuas non eas, sicq; bonam præstat minimè sequendo concupiscentias, et si non omnino perfectè, cum non possit non concupiscere per illos primos carnis motus, secundum illud Apostoli, Velle (non concupiscere) adiacet mihi, perficere autem non. sic Græcè legitur, addit Vulgata (explicans Ecclipsim) inuenio. Intellige autem eum, Augustino, donec sim in patria, cum perfectè implebo dilectionis præceptum, atq; non concupiscendi. S. Ambrosius sic describit hoc duellum carnis, et spiritus. Cum ergo consenserit homo legi Dei, contradicit lex peccati suadens homini, ne faciat quod imperat lex diuina. è diuerso autem lex Dei reuocat hominem, ne faciat, quod suggerit lex peccati. quod quidem homo, non (videtur superfluere) videt esse absurdum; scit enim natura sua congruere, si faciat, quod imperat lex Dei. Deniq; gaudet quando hæc agit, cum autem ea operatur, quæ suggerit lex peccati, videt se turpem, et horret post factum. Radix verò contrarietatis ex fomite, i. ex inobediencia nascitur, hoc est, ex lege peccati, ac mortis; quæ ut ait S. Thomas ad Rom. 7. 22. Originaliter in appetitu sensitivo consistit, sed diffusiuè in omnibus membris, quæ seruiunt concupiscentia ad peccandum; Sabet q; duos effectus, nam et rationi resistit, et in seruitutem redigit hominem sibi consentientem, quare dicitur ab Apostolo, repugnans, et captiuans. Sabet etiam duplicem causam in quantum pena peccati est; altera est, ipsum peccatum, quod in homine victo à se dominatur, eiq; tamquam seruo legem præscribit; altera Deus est, qui homini peccanti hanc penam infligit, ut rationi eius inferiores vires non obedirent, Ergo ipsa inobediencia vicium inferiorum, i. fomes ipse, lex dicitur, quatenus per diuinæ iustitiæ legem introducta est. sic nempe iusti iudicis sententiâ pro lege Sabetur, secundum illud, i. Reg. 30. 25. et factum est hoc ex die illa, et deinceps constitutum, et præfinitum, et quasi lex in Israël usque in diem hanc.



Scholia

13

Ut non quaecumque vultis illa faciatis. Particula ut non tam causalis, quia
 euentus est, si coniungas cum illo, caro concupiscit aduersus spiritum, ut
 non est. videtur esse finalis, in hunc enim finem concupiscentia tendit,
 ut hominem impediatur a bono opere, quod vellet prestare, retrahatque, et
 captiuum suis illecebris impellat ad malum. Hic itaque carnis conatus, sic
 scopus concupiscentiae, sic in obedientia, seu rebellis carnis finis, cui se
 opponit mens, seu spiritus, et aperto illi Marte resistit. Nititur quidem
 quasi ex insidijs capere hominem blanda caro, illecebrosa voluptas, ne
 faciat concupiscentia, sed rationalis voluntas Dei auxilio, spiritus sanc-
 ti inspirationibus preuentus, gratia, et iustitia communita hominem
 pungit scrupulis, stimulat diuini timoris aculeis, abinamque, et aduoca
 voluptate reuocat, atque ad eternam spem bonorum traducit. sic irritus
 euadit carnis conatus, quia id pretenderat, ut non faceretis quaecumque
 recta mente velletis. si vero particula ut respondeat illi membro
 spiritus aduersus carnem concupiscit (hoc enim verbum subaudi-
 dum est) etiam ut finalis accipi potest, ut sensus sit idem ex parte spi-
 ritus, qui explicatus est ex parte carnis, nimirum ut eo fine pugnet spi-
 ritus, ne faciat homo quae vult secundum affectum carnis. quare sic fuit
 textus componendus: Caro concupiscit aduersus spiritum, ut non quaecumque
vultis illa faciatis, sed quae dumtaxat sunt secundum spiritum. Sic sensus
 probatus est August. serm. 8. de verbis Apostoli ubi sic disputat. quid enim
 vultis? ut omnino non sint concupiscentiae carnis? non vos permittunt im-
 plere, quod vultis, nolite eas permittere implere quod volunt, quid vultis?
 ut omnino non sint, sed sunt. Caro concupiscit aduersus spiritum, concupis-
cat spiritus aduersus carnem, ut non ea, quae vultis faciatis. i. ut non sint
 in vobis ipsae concupiscentiae carnis, nec ipsae faciant, quod volunt, ut opus
 earum perficiatis. si non tibi in totum ceditur, noli et tu cedere. Prius equestris
 pugna, ut aliquando sit victoria.] Rationem huius contrarietatis, et conten-
 tionis indicat Occumenius. Aduersatur virtus vicio, ne instante vicio protinus
 dissoluta, frenoque carnis voluntas carnalis precipitanter ad viciu[m] (i. con-
 cupiscentiam malam) feratur. rursus aduersatur virtuti viciu[m], ne virtu-
 tis labor facilis omnino sit, et mercede careat, ac velut ex natura, et neces-
 sitate consequutus, et tanquam sola cogitatione sine omni studio, ac certa-
 mine in opus deductus. hoc est, ut non quaecumque vultis illa faciatis. q. d.
 neque mala facile, et nullo prohibente, neque bona facile, et omnino negli-
 genter; neque enim bona esse queunt, quae ita fiunt. August. de ciuit. 19. neque
 enim nullum est viciu[m], cum, sicut dicit Apostolus, caro concupiscit aduer-
sus spiritum. cui vicio contraria virtus est cum, sicut idem dicit, spiritus con-
cupiscit aduersus carnem.] Ut non quaecumque. Seripianus. hoc dicit sig-
 num expressum, ac maximum huius acerrime contentionis, quae in Petro des-
 cripta est, dum imbecillitate carnis non impieuit, quod spiritus fortitudine

i. explicata
 ut finalis
 Finis est
 carnis
 Voluntas
 una gratia
 uenta volun-
 tes repelli
 carnalis
 Finis, et
 cum spiritu
 Augustinus
 Virtus ex
 cultate mori-
 tum auger.
 Vi cum non
 abest resistit
 Occumenius
 Non esse
 queunt, quae
 Augustinus
 Concupiscit
 carnis viciu[m]
 Concupiscit
 nisi virtus
 Seripianus
 spiritum con-
 viciatis
 Contentio carnis
 ut simi apparet
 D. Petro
 pollicetur.



sollicebat, si oportuerit me mori tecum, non tenebo.

At vero si hęc clausula respondet immediatę precedenti, ut coniunctio signifi-
 care euentum dicenda est. Ex hoc enim, quod caro et spiritus inter se dissident,
 vicissimq; pugnant, contrarijs cogitationibus, voluntatibus, seu affectionibus, illud
 certę sequitur, ut non faciatis quęcumq; vultis. nam ita distractitur homo sine
 inde, distinctis, atq; inter se dissidentibus, contrarijsq; desiderijs, ut, in quam
 partem se vertat, dubius ignoret, et quasi in huius positus erro, quam viam eli-
 gere, ac tenere oporteat, vix nouerit. Nam, cum cernit, quod bonestum est, et ra-
 tioni congruens, vult illud quidam, cupitq; amplecti; verum occurrat ex aduer-
 so illecebra peccati titillans sensus, offunditq; tenebras menti, rationem
 obscurat, atq; à recto, abducit tramite miserum hominem. En perturbatum,
 anxium, mireq; sollicitum, iam hoc iam illud volentem, et tandem peiora
 exitiosa, minusq; saluti consentanea sequentem. vide August. apud Ius-
 tinianum describentem hanc in se pugnam. lege etiam Hieronymum de
 tempore, quod transegit in solitudine Syriae prelia carnis, et spūs testificantem.
 Hoc esse videtur quod pluribus persecutus est Apostolus Rom. 7. 14. Nam quod
 operor, non intelligo. q. d. non intelligo quid me oporteat operari contrarijs
 impulsus motibus, desideriorum, et cupiditatum. Non enim quod volo bonum,
 hoc ago, sed quod odi malum illud facio, i. ex hac distractione cogitationū,
 et cupiditatum. que me dubium reddunt, illud euenire solet, ut in detentius
 lapsus ferar, ac quod minus vellem, imo quod odio prosequer, amplex-
 tur. Itaq; non quęcumq; volo facio, que est sententia sic illata, ut non
 quęcumq; vultis, illa faciatis. quęcumque. i. omnia, nam et si omnia nō
 opere preste, que volo, tamen aliqua exequor. Plerumq; enim astu rapior
 libidinis, seu concupiscentię, voluntatemq; et rationem subijcio sensuali-
 tati; verum tamen interdum aliquid, prout rationalis voluntas suadet, facio.

14.

11

15.

hinc supplet +
p. 17. 14. 15.

Hic mihi videtur sensus esse huius loci, in quo, ut patet, Apostolus non
 de se ipso loquitur, sed vniuersę de quibuslibet hominibus, in quibus contentio
 est carnis, et spiritus, siue illi sint iusti, et gratia Dei muniti, siue iniusti, et extra
 Dei gratiam. Nam quamuis si frequentius, ac fere semper succumbunt libidinis
 et carnis operibus inhaerant, illi vero rarijs, aut rarissimę à carnis cupiditatibus
 vincantur, tamen impossibile non est, quin si aliquando carnem debellant, pre-
 sertim auxilio adiuti supernaturali, et illi decidant ab spiritu, et gratia propter
 suam negligentiam, aut socordiam, cum minus fortiter carni rebellanti, eiusque
 oblectationibus obstiterunt; et si homo iustus potest vitare singulas culpas venia-
 les, ut nulla sit, quam non possit sigillatim effugere; tamen omnes omnino non
 valet, quin aliquando impingat, et aliquam culpam incurrat. Hoc autem acci-
 dit ex carnis rebellionē, et pugna contra spiritum, propter q; non facit homo,
 quod maximę vellet, nullam scilicet culpam admittere. Salmeron, neq; hoc
 ledit arbitrij libertatem, ut infra ex Hieronymo dicitur. Ergo hoc euenit ex mu-
 tua carnis, et spiritus contentione, ac repugnantia; ut non quęcumq; vultis
 illa faciatis. confirmat hoc 5. Hieronymus, sed nunc instat questio.



questio. 1.

16.

quomodo verum est Sominem facere quod non vult. siquidem illud, quod facit, adeo est voluntarium, ut et pena dignum sit; non enim pro actu inuoluntario quisquam punitur. pena quippe peccatum sequitur, sicut et virtutem primum. non est autem virtus, neq; peccatum, ubi voluntas operi non consentit. i. Responden potest, voluntatem illam, qua Somo non vult actum malum esse imperfectum; sed illam, qua vult peccatum, et deserto spiritu sequitur carnem, eius q; cupiditati succumbit, esse perfectam, ideoq; merito puniri: propter ea q; voluntatem boni non implet, sed in malum se, vel inuitum rapi sinit. sic enim de se fatetur ipse peccati reus, scelerisq; sui conscius. video meliora, probosq; deteriora sequor. cum enim fornicator, v.g. Esau oculos intendit in castitatem, et voluntatem parentis ab alienigena uxore ipsum remouere cupientem, pulchrum et rationi consentaneum iudicabat patris imperium, imperfectaq; volebat implere; sed tandem desiderio suo victus, relicto imperio patris, suae libidini succubuit. hoc est, illud Prou. 13. 2. vult et non vult piger. tamen illud dicitur perfecte velle, quod facit, aliud imperfecte, sic accidit tempestate in mari periclitantibus, volunt illi quidem seruare mercas, sed tandem in mare deiciunt, ac perdunt; hoc fuit perfecta, et absoluta voluntas, illa vero imperfecta, et quasi conditionalis, si potui ero seruare cum vita, ita peccator vult seruare preceptum castitatis, non nisi cum ea conditione, ut tamen non priuetur desiderata voluptate. Audi vero Doctorem maximum.

Questio
quomodo Somo
facit quod non
vult?

Virtutes
non sequitur
pena peccati

Nec peccatum
nec meriti
voluntati
con-

Homo tunc
imperfecte
vult, sed tunc
merito per-

Ouidius
Exemplum.

Prou. 13. 2.
Piger conficitur

Sine libidine

Peccator quomodo
vult seruare
et requirit malum

Hieronymus

17.

Sanctus Hieronymus Inter hoc iurgium, inquit, media anima consistit, habens quidem in sua potestate bonum, et malum, velle, et nolle; sed non habens hoc ipsum velle, et nolle perpetuum; quia fieri potest, ut cum carni consenserit, et opera eius fecerit, rursus per penitentiam se remordens, spiritui copuletur, et opera eius efficiat. hoc est, sibi inuicem aduersantur, ut non quae cumq; vultis, illa faciatis. non quod proprium nobis tulerit arbitrium, quod vel carni, vel spiritui assentiamur; proprie; sed opus ipsum vel carni, vel spiritui deputatur; significatur initium iam vni, iam alteri tribuendum; sed accedente consensu voluntatis totum tribuitur opus homini. Pergit Hieronymus. Grandis laboris, et disputationis est nimis ostensis carnis operibus, et spiritus, media aliqua reperire, quae nec ad carnem videantur pertinere, nec ad spiritum; carnales dicimur quando totos nos voluptatibus damus; spirituales quando spiritum sanctum praeuium sequimur; i. cum ipso sapimus intruente, ipso docemur auctore. Animalis vero esse philosophos, qui proprias cogitatus putant esse sapientiam; de quibus recte dicitur, Animalis Somo non percipit ea, quae spiritus sunt, stultitia enim est ei. Haec tenus Sic Sanctus Doctor. quod ut de clarat manifestius exemplum profert de auro, et terra, quod supra retulimus numero 4.

+ Sed quia quod facimus non est nostrum

Libertatem
niam.

Spirituales
Carnales
Animales

¶ §. questio. 2.

18.

Quaeres iterum, num ille dicendus sit, facere, quod non vult, qui opus virtutis facit, tamen repugnante carne, remittente sensualitate, insur-

Questio
an virtutis opus
faciat qui non
vult, sed tamen
facit, quia
pena peccati



gentibus varijs desiderijs in contrarium, que tamen desideria, carnis q̄ repugnantiam superat, nec se vllō modo ab eis per consensum vincit sinit; sed quasi per medias acies per ferrum, ignemq̄ transmittens, quod vult Sonethum, et Deo, eiusq̄ præceptis conformē, tandem exequitur. Mihi sanē videtur, Sic non esse dicendus facere, quod non vult, imo perfectissimē facit, quod vult, si quidem vel repugnantibus hostibus sui voticō pos euadit, quod si hoc ita est, ergo non rectē explicauerit Sunc locum Apostolicum, ut non quæcumq̄ vultis illa faciatis, qui dixerit, In omnibus iustis impleri; qui dū in presenti sæculo morantur, et si volunt operari bonum sine vlla repugnantia carnis, id tamen non assequi valent; faciunt illi planē quæcumq̄ valunt, dum opera omnia rectē, et secundum spiritum præstant; non tamen faciunt eo modo, quo vellēt, s. absq̄ vlla repugnantia, et contradictione.

Subtiliter hæc persequitur D. Augustinus lib. 9. contra Iulianum dum ait, Iustus quidem facere concupiscentias, sed perficere. intelligit enim eos perficere concupiscentias, seu desideria carnis, qui illis consentiunt; non tamen perficere, sed solum facere, vel inuitos, qui eas patiuntur, et sentiunt reluctantē, ac inuoluntarij; et in Sunc modum arbitratur explicandum illud v. 15. cap. 7. ad Rom. quod enim operor (cum caro concupiscit contra spiritum) non intelligo (s. non consentio) non enim quod volo bonum, (s. non concupiscere contra spiritum) hoc ago, sed quod odium malum, (s. concupiscere aduersus spiritum) hoc facio. et lib. 2. contra Iulianum, Sane concupiscentiam interpretatur primos motus præuenientes rationem; atq̄ ad eō absq̄ peccato insurgentes; sicut sine consensu voluntatis. Quare ut infert mox Apostolus non Somo dicitur, sed peccatum, s. fomes peccati Sorum motuum esse causa. si autem (inquit v. 20) quod nolo, illud facio, iam non ago, operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Scintilla, nempe, istę sunt ignis illius, qui in carne mea maximē viget; et sese ostendit; et si in ipsa anima est; et partem rationalem debiliorem facit. sed reprimat spiritualis Somo, per Dei gratiam confirmatis viribus, hos motus, scintillasq̄ extinguere nititur carni reluctantis; cuius membra non sinit fieri, atq̄ exhiberi arma iniquitatis peccato. Rom. 6. 13. Negui inest in anima à primo parente relictus quasi languor, dominetur, et regnet. Tunc verò regnat in Somine hæc hereditaria infirmitas; tunc dominatur sic ab originali peccato deriuatus fomes; cum illius motibus, ac desiderijs consensus præbetur; cum verò, ut primum exoriri ceperunt, retunduntur, et opprimuntur, nihil nocent; sed occasione potius sunt meritum, ut itaq̄ repellantur priusquam consensum extorqueant voluntatis, spiritus Dei gratia illustratus in nobis existens efficit, ut iam iam dicitur Versu. 18. Allegoricum sensum Versus. 17. reddidit eleganter, sapienterq̄ D. Hieronymus. vide si libet. interim sensum alium, qui moralis videtur, attende.

§. 3. Expositio 3. Moralis

ut non quæcumq̄ vultis illa faciatis. sic exponit Catzarinus. Hæc inter carnem, et spiritum concertatio sic viget; ut Somo facere quæcumq̄ cuperet; minus possit, ut assidue scilicet adhaereat Deo; et semper vnum illud necessarium meditetur, quod verē bonum est; et illa pars optima, que numquam



aufertur. Itaque oportet propter humanas necessitates, et carnem assidue repugnantem, et remurmurantem reuerti ad semetipsum; et tamen ipse spiritus postulat, quae sua sunt propria. quam obrem pro loco, et tempore audiendus est spiritus, et carnis cura, tantisper omittenda, in his precipue, quae sunt precepta; ne murmuret licet, quantum uelit caro, et recalcitret equus ferax concupiscentiae. quod si fiat, rectum tenetur iter, et bene sperandum est. Sic facit August. de ciuit. 19. quid autem facere volumus, cum perfici volumus fine summi boni, nisi ut caro aduersus spiritum non concupiscat, nec sit in nobis hoc uicium, contra quod spiritus concupiscat? quod in hac uita, quamuis uelimus, quoniam facere non ualemus, id saltem adiutorio Dei facimus, ne carni concupiscenti aduersus spiritum, spiritu succumbente cedamus, et ad perpetrandum peccatum nostra consensione pertradamur. quod est ad Galat. 5. 16. concupiscentias carnis ne perfeceritis. Hoc e contrario est ad Rom. 7. 18. Perficere autem non inuenio. quia nec illi perficiuntur in malo, quia illis non accedit nostrae uoluntatis assensus; nec nostra uoluntas perficitur in bono, quando illarum, quibus non consentimus, permanent motus. uide supra numero 18. et 19. similiter Cassianus exposuit uersum vs. cap. 7. ad Rom. sub persona Theonis Abbatis. Non enim quod uolo bonum, hoc ago, sed quod odi malum, hoc facio. Bonum, inquit, appellat Paulus, quod uult, diuina contemplationem, a qua rerum corporalium occupatio, et necessarium corporis cura mentem saepe diuertit, et hanc occupationem malum appellat, non quod peccatum sit, sed quod propter peccatum nobis prouenerit. refert hoc Toletus, ut minus congruum, scopo, quem collineabat Apostolus.

Digressio de significatione varia, et multiplici
Suius nominis, Caro.

21.

ut quid sic caro significet exacte constet, opere precium fuerit (sicut supra de spiritu egimus) sic nunc varias Suius uocis acceptiones exponere. Quidam a Græco κρεα uolunt deriuatum ad Latinos nomen Caro, quo idem significatur, unde etiam uerbum creo factum uidetur, quippe cum nisi creando uiua caro non fuerit initio facta, nec fieri potuerit. Secundum Donatum dicta est Caro a uerbo carere, quia scilicet anima caret. Sanctus Hieronymus, Caro est, inquit, quae sanguini, uenis, ossibus, neruisque constringitur. Caro uero, quae comeditur, quid pulsatur, et conciditur. Ugitur caro propria sumpta hanc significationem habet, quam declarat Sanctus Doctor. Ita loquitur 2. 6. concutit carnem meam tremor. Hispanus diceret; Las carnes me tremor blan. 2. Mac. 9. 9. de Antiocho sic scribitur, ut de corpore impij vermes scaturirent, et uiuentis in doloribus carnes eius effluerent. Col. 2. 11. Circumcisi estis circumcisione non manu facta, in expolitione corporis carnis. 1. partis corporis carnes. 1. Corinth. 15. 39. Non omnis caro eadem caro, sed alia Siminum, alia pecorum, alia uolucrum, alia piscium. Secunda significatio est pro corpore animalis, ut Job. 6. 12. Nec caro mea aenea est. Ps. 15. 9. Caro mea requiescet in spe. Philip. 1. 24. 22. Permanere in carne necessarium propter uos.

Augustinus
Galat. 5. 16.
Rom. 7. 18.
Dom. 7. 15.
Occupatio temporalium necesse est spiritum retrahere a contemplatione eternorum
Toletus
Hieronymus
Definitio
Caro differt a Pulpa
Significatio
Job. 21. 17.
2. Mac. 9. 9.
Antiochus rex impiorum
Col. 2. 11.
1. Cor. 15. 39.
Nona carum
piscium alia
Job. 6. 12.
Ps. 15. 9.
Philip. 1. 24. 22.



et paulo ante v. 22. Viuere in carne, i. in corpore mortali. Galat. 2. 20. quod autem nunc uiuo in carne. Eps. 5. 29. Nemo enim carnem suam odio habuit, sed nutrit, et fouet eam. Ioan. 6. 55. Caro mea uere est cibus. explicatur per illud Matts. 26. 26. Accipite, et comedite, hoc est corpus meum. illud Eps. 5. 30. quia membra sumus corporis eius, de carne eius, et de ossibus eius. ad primam significationem pertinet.

B. significatio caro per synedochem ponitur pro toto semine, ut Ps. 64. 3. ad te omnis caro ueniet. Sap. 7. 1. et in ventre matris figuratus sum caro. Matts. 24. 22. Marc. 13. 20. Non fieret salua omnis caro. Ioan. 1. 14. et uerbum caro factum est. quod explicatur in Symbolo Niceno. et homo factus est de hac explanatione uide Augustinum to. 2. Epist. 120. c. 4. to. 4. lib. 83. 99. c. 80. to. 5. lib. 14. c. 2. de ciuit. Dei. Ps. 55. 5. 11. In Deo speraui non timebo quid faciat mihi

+ H. V. 11. 20. hi, non timebo, quod faciat mihi homo, 22.

A. significatio pro cognatione, consanguinitate, ac propinquitate, siue pro proximo, consanguineo, cognato. Gen. 37. 27. Frater enim, et caro nostra est. dixit Iudas de Iosepho ad reliquos fratres. 2. Reg. 5. 1. et uenerunt uniuersae tribus Israel ad Dauid in Hebron, dicentes, astuum, et caro tua sumus. Isai. 58. 7. Cum uideris nudum operi eum, et carnem tuam non despexeris

S. significatio accipitur interdum caro pro imbecillitate, fragilitate, corruptione, siue pro re fragili, caduca, corruptibili, atq; adeo imbecilla, ac nullius roboris in Dei conspectu. Isai. 31. 2. Aegyptus, homo, et non Deus, et equi eorum caro, et non spiritus. ubi homo, et caro quasi synonyma, pro imbecillitate, et fragilitate ponuntur, ut Deus, et spiritus pro robore, et fortitudine. Heb. 5. 7. qui in diebus carnis suae, i. mortalitatis, seu uitae mortalis, sic etiam potest intelligi Philip. 1. 22. quod si uiuere in carne, i. in uita mortali. Isai. 40. 6. Omnis caro faenum, et omnis gloria eius quasi flos agri. hoc est, homo ex carne peccato infecta constans, licet maximus sit, et gloriosus in conspectu hominum, fragilis est, ac morti subiectus. uide Hieronymum super hunc locum, humanam fragilitatem egregie ponderantem, et exaggerantem. In hac significatione dicitur 2. Paralip. 32. 8. Brachium carneum. 2. Cor. 10. 4. Arma militiq; nostrae non sunt carnalia, sed potentia Deo. carnis arma imbecilla satis sunt, sonores, voluptates, potentia seculi, item scientiq; artes, uationes humane, facundia, adulatio, iactantia, simulationes, affectata grauitas, et cetera, quibus mundi assectatores, Politiciq; utuntur. Arma uero Christiani una crux Christi, et eius imitatio. Hec arma spiritus potentissima.

C. Præterea caro significare solet id quod extrinsecus apparet, et sensibus solum percipitur. Ioan. 8. 15. uos secundum carnem iudicatis. in eodem sensu dictum est Job. 10. 4. Nunc quid oculi carni tibi sunt? explicat se addens, et sicut uidet homo, et tu uidas? Nimirum, quae exterius diu taxat cernuntur, sic explicant nonnulli. 2. Cor. 5. 16. quod et sequenti numero 7. aliter explicatur, Neminem nouimus secundum carnem, et si cognouimus secundum carnem Christum, sed nunc iam non nouimus. et Galat. 6. 12. qui cumq; uolunt placere in carne.



7. Significatio Caro corticem exteriorem, siue litterę sensum in scriptis sacris, ut Galat. 3. 3. cum spiritu cepentis, nunc carne consummamini, i. ad carnaliter ceremonias, ritumq; circumcisionis tandem peruenistis. Heb. 7. 16. Mandatum carnale, quod carnalibus ceremonijs, ac promissis concluditur, secundum litteram sumptum. Heb. 9. 10. solummodo in cibis, et potibus, et varijs baptismatibus, et iustitijs carnis, quę scilicet exterius mī dabant carnem, secundum litteram usurpata. Col. 2. 15. Frustra inflatus sensu carnis siue. i. non spiritus diuini, sed carnalis intelligentię, ac secundum corticem litterę. Ita explicat Hieronymus illud 2. Cor. 5. 16. de quo nūmero precedenti: Neminem nouimus secundum carnem, i. approbamus secundum obseruantiam carnalium ceremoniarum uiuentem. et si cognouimus secundum carnem Christum. aliquando scilicet seruantem legalia et.

8. Caro et frequentius carnes pro esca mortuorum animalium ponitur in scriptura sacra. sic dicitur caro suilla. Isai. 66. Porcina. 2. Macch. 6. Buba la. 2. Reg. 2. Item caro elixa, cruda, assa, cocta. 1. Reg. 2. Exod. 16. 8. et alibi Ps. 77. 27. Pluit super eos sicut puluerem, carnes, per occupationem appellat carnes, ad huc uiuentes coturnices. Gen. 9. 4. Carnem cum sanguine non comedetis, i. suffocari animalis carnem non comedetis. Ezech. 11. 4. Sax est lebes, nos autem carnes. Apoc. 19. 18. ut manducetis carnes regum et interfectorum scilicet in prelio.

9. Caro significat hominem carnalem, i. concupiscentię seruientem. Ioan. 3. 6. quod natum est ex carne, caro est. Maldonatus ibi, carnem, dicit pro ni pro homine carnali peccatore cum originali nempe culpa genito. Ioan. 1. 14. qui non ex sanguinibus, nec ex voluntate carnis, sed ex Deo nati sunt. q. d. non ex homine carnali, et peccatore, sed ex spiritu Dei nati sunt credentes. 1. Cor. 11. 30. Caro et sanguis regnum Dei possidere non possunt, neq; corruptio incorruptionem possidebit. ubi posterior pars priorem explicat. Eccl. 17. 30. quid nequius quam quod excogitauit caro, et sanguis? i. homo infectus peccato. Matt. 16. 17. Caro et sanguis non rebelauit tibi, i. doctrina humana, et carnalis Phariseorum. litterę corticem sequentium, non spiritus medullam. Galat. 2. 16. Non acquieui carni et sanguini, i. opinioni Iudeorum, qui Messia regnum solum carnale spectant.

24. 10. Deniq; caro ponitur pro parte animę rationalis sensitua, quę pars inferior dicitur, siue sensualitas, aut appetitus sensitius. exempla siuis acceptationis passim occurrunt in epistolis Apostolicis, præsertim in hac, et in ea, quę scripta est ad Rom. illud est egregium testimonium Rom. 8. 12. 13. Debitores sumus non carni ut secundum carnem uiuamus, si enim secundum carnem uixeritis, moriemini, si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis. Tolletus Cardinalis sic explicat, carnem semper sic accipit pro parte inferiori hominis, quę sensum, et appetitum complectitur, et distinguitur à mente, spiritu, seu rationali parte. caro ergo, et spiritus in hac sententia duas hominis partes significant sensualem, et rationalem, quando autem sensualis



obedit rationali, et spiritali, totus homo dicitur vivere secundum spiritum, etiam si operationes sint sensus, ac corporis; quando vero, contra, rationalis pars obedit sensuali, totus homo secundum carnem, et sensum vivere dicitur, quia eius opera, et actiones sunt partis superioris. Est itaque sensus; Debitores sumus, non carni, ut secundum carnem vivamus, eius nimirum desideria, et sensuales appetitus sequentes; subijcetes rationem sensui, et arbitrium voluntatis Libidini sensualitatis. sed debitores sumus spiritui, ut secundum spiritum vivamus, frenando carnem, coercendo appetitum sensualem, efficiendoque spiritui obedientem. Pars haec opposita supplenda est ad integrum sensum, quae per Eclipsim fuerat praetermissa. Adit rationem, si enim secundum carnem vixeritis, moriemini, eterna scilicet morte damnati; si autem spiritu (vivente per gratiam Christi, quae nos iustificavit) facta carnis mortificaveritis, i. insultus, motus, passiones, et appetitus carnis, ne contra rationem prorumpant ad exteriora opera, vel eam ad consensum pertrahant, impediendo eos ibueritis; vivetis, vita scilicet immortalis, et eterna. Volui hunc locum ita explanatum sic proponere, quoniam eius declaratio lucem affert maximam huc versus, quem per manibus habemus. Sed est accuratè notandum, non solum partem sensitivam, prout res quaedam est, ac pars animae, quae sensum sequitur, appellari carnem; sed etiam, et multo frequentius, quatenus per fomitem peccati a deo corrupta est, et ab ordine recto deflecta, ac devia, ut quasi equus indomitus fractis repagulis, liberè, atque licenter sese effundat in omnia, quae sunt homini prohibita, et contraria bonis moribus, rectèque institutè rationi adversantia.

Digressio 2. quid sit fomes peccati.

Ut verò ~~quod~~ quod dicere intendimus manifestius innotescat, quid per fomitem peccati intelligant nostri Theologi breviter exponendum. Pater Valentia sic tradidit; Fomes dicitur potentia quaedam proxima, seu proclivitas per modum habitus in sensualitate ad obiecta sensibilia, continud rectae rationi, ^{ve} resistens, ex privatione iustitiæ originalis, quae sensualitatem reddebat prorsus rationi conformem, vel certè alicuius gratiæ singularis aequivalentis illi dono iustitiæ originalis. Est itaque ipsa sensualitas illo dono destituta; vel dicitur etiam esse facultas expedita, et prompta ad obiecta sensibilia etiam contraria rationi; quae proxima facultas per gratiam abundantem, qualem habuit Beata Virgo Maria, impeditur, et quasi ligatur, ne in actum exeat. Ligari autem fomitem, aut consopiri dicimus per extrinsecam Dei protectionem; impediri vero, ac tolli per uberem gratiam componentem, et ordinantem sensitivum appetitum cum ratione. Utrumque obtinuisse credimus Dei matrem immaculatam, et gratiam, et protectionem. Hactenus Valentia. Qua originali culpa immunis fuit, fomitem non habuit omnino.

Pater Franciscus Xuares sic explicat, Fomes dupliciter potest considerari, scilicet in actu secundo, et in actu primo, in actu secundo est actualis motio, seu vitalis, et sensibilis affectio ipsius appetitus ad obiecta sensibilia

† quem ligari oportet. 26.

ratiōi contraria ipsam ratiōem preueniens, et ad peccatum trahens. In actu autem primo dicit naturalem inclinationem appetitus, neq[ue] solam omnino, neq[ue] morbide qualitati subiectam, sed ut coniunctam priuationi illius rectitudinis, ac debiti ordinis, et subiectionis, quam per originale iustitiam in statu innocentie habebat ad ratiōem superiorem. unde fomes significat ipsum appetitum expeditum, et quasi proxime dispositum, ut preuenire possit ratiōem, et contra illam moueri. sic Quares.

27.

Pater Gabriel Vasquez aliter docet. Fomes (inquit) dicitur esse motus immoderatus appetitus inclinans ad aliquod contra rectam ratiōem, ita dicitur, quia facile inflammat, et fouet ignem libidinis, et peccatorum, sicut stipula, siccaue alia materia fomentum est ignis, dici que potest torris, qui accensus obuia omnia incendit, ardereq[ue] facit. Non ergo est, inquit, Vasquez, ipsa natiua inclinatio appetitus secundum se excitans ad peccandum, sed immoderata appetentia illius, ac motus contra ratiōem. Nec tamen quiuis motus appetitus (aut ille) preueniens ratiōem appellari debet fomes, sed ille, qui tendit ad malum, ut libidinis motus turpis. Dico ad malum esse, nam ex accidenti, qualis esset tristitia, et fuga mortis, quando urget preceptum moriendi profide. V.g. qui actus potest inducere voluntatem ad peccatum mortale. Cur fomes lex peccati dicitur? vide supra numero. 12.

Vasquez
Fomes in
dictus.

Torris ignis
omnia vastat

V. N. 28
Cicerone

Digressio 3. Quotupliciter opponantur
Caro, et spiritus.

28.

Quæret quispiam quot modis opponantur caro, et spiritus. Respondet, multipliciter, l. cum sumuntur proprie caro pro corpore, spiritus pro anima, quæ sunt partes hominis. Iacob. 2. 26. Corpus sine spiritu mortuum est. 2. Cum sumuntur per translationem, et caro significat litteram, siue sensum litteralem, et spiritus modullam, siue spiritualem intellectum. 2. Cor. 3. 6. Littera enim occidit, spiritus autem viuificat. potuit enim ibi poni caro pro littera. Galat. 3. 3. Cum spiritu caperitis, nunc carne consuminamini. 3. Cum per synecdochen caro significat hominem carnalem, seu ingenio, et natura carnalem; spiritus autem hominem spirituales, seu ingenio spirituali præditum. Matt. 16. 17. Caro et sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus, qui in celis est. 4. Cum caro per metonymiam significat sensualitatem, et spiritus gratia donum. Galat. 5. 8. qui seminatur in carne, de carne metet corruptionem, qui autem seminatur in spiritu de spiritu metet vitam æternam. 5. Cum caro significat humanitatem, et spiritus diuinitatem. Ioan. 6. 63. Spiritus est, qui viuificat, caro non prodest quidquam. Vide Maldonatum ibi. 6. Cum caro etiam metaphoricè significat rem incillam, fragilem, caducam. Ier. 17. 6. Omnis caro fœnum, verbum autem Domini manet in æternum. 7. Cum caro significat id quod exterius apparet, spiritus verò, quod interius est, nec oculis cernitur carnis. Rom. 8. 5. qui enim secundum carnem sunt, quæ carnis sunt, sapiunt, qui autem secundum spiritum sunt, quæ sunt spiritus, sentiunt. 8. d. Homines carnalis exteriora querunt, et cognoscunt, spirituales verò interiora.

Iacob. 2. 26

2. Cor. 3. 6

Matt. 16. 17

Galat. 5. 8

Ioan. 6. 63

Maldonatum

Ier. 17. 6

Rom. 8. 5

Digressio 3

Digressio 4. De varijs appellationibus Carnis, et spiritus.

Duos appetitus, seu concupiscendi rationes in Somine (vt Sactenus vidimus), supponit in hoc versu, et explicat. s. Apostolus: alterum tribuit carni, spiritui alterum: Verum utrumq; pertinere ad eundem Sominem, seu animam eandem dubium non est. Homo enim per animam, anima vero per appetitum dicitur concupiscere. Attamen illud animaduertere oportet ex his duobus appetitibus vnum appellari rationalem, quia ad rationalem siue superiorem partem animae pertinet, et sic appellatur ab Apostolo spiritus, quia spiritualia spectat, et cupit; alterum appellari sensituum, quod ad sensitivam, seu inferiorem animae partem attineat, quem vocat Apostolus Carnem, quia carnalia intendit, et concupiscit; siue quod carnalibus membris, ac sensibus utitur ad concupiscendum, nec sine motione carnis concupiscere solet, ipsaq; concupiscentia in carne sentiatur. Significantur autem tam pars spiritualis, quam carnalis multis distinctisq; nominibus, quae sic subscribere opera precium duco; vt facilius res percipiatur, sed ex his nominibus quaedam sunt, quae in bonam partem, aut malam sumi possunt, alia quae plerumq; corruptionem sonant, et in deterio rem partem accipiuntur, collocabimus itaq; per duas series, vt quae quibus opponantur ex contrario situ constet.

29.

Homo dicitur.	} Exterior, qui sensibilia tantum curat	} Idem Homo dicitur	} Interior qui intus mouentem Deum audit.		
				Vetus, qui peccatum imitatur Adami	Nouus, qui Christum induit.
Carnalis, qui carnis se tradit deo	} riji. vide supra numero 4.	} Inferior	} Spiritualis, qui spiritum sanctum ducere soletur.		
				Sensibilis, s. sensitiva	
Anima pars altera dicitur.	} 2	} 3	} Superior		
				Sensus quincuplex exterior.	Rationalis.
				quadruplex interior.	Mens seu ratio.
Eadem dicitur etiam	} 1	} 2	} 3		
				Sensualitas	Natio
				Appetitus	Voluntas
} 3	} 1	} 2	} 3		
				Appetitus sensitivus	Appetitus rationalis
				Caro, seu corpus, et membra	Spiritus, seu anima.
} 2	} 1	} 2	} 3		
				Concupiscentia, s. Fomes peccati	Lex Dei, siue Mentis.
} 1	} 2	} 3	} 4		
				Lex membrorum, s. peccati.	Antistitia sunt.

Mala libido, s. cupido, prava cupiditas. Desiderium, Appetentia, inclinatio, Cogitatio, Voluntas, Delectatio mala. Ex Tullio. Motus animi nimius rationi non obtemperans. Ex Augustino. Rebellio carnis, et inobedientia. Ex Ambrosio, Motus prauus. Ex Hieronymo, Incentiuum viciorum, et carnis aculeus. Ex alijs Passio, s. Affectio, s. Perturbatio inordinata, seu Languor, Morbus, Infirmitas animi. Ex his appellationibus quaedam propria, quaedam tropica sunt; et nonnulla potentiam, seu habitum, alia actum praesferunt. quae docto philosopho discernenda reliquimus. vide supra Theoria 2. Doctorum explanationes.

Textus V. 18.



quod si spiritu ducimini non estis sub lege.

Scholia.

1. 20

Secundum Augustinum occurritur. Sic desideria carnalium hominum, qui ex dictis putare possent sibi laxari Sabenas ad peccandum propter pugnam carnis et concupiscentie vim. Secundum vero Angelicum Doctorem promittitur maius beneficium, i. non solum a concupiscentijs, sed a legis servitute liberatum in eos, qui ducuntur spiritu, ab eorum diriguntur, et gubernantur. Vazquez sic connectit: quoties spiritus gratia ductum sequimini, lex non tenebit vos reos, et constrictos penis suis, quia sic adiuti gratia prestabitis opera legis, et penam illius fugietis; sic enim libertatem veram consequemini ad quam vocati estis; nec illa abutemini ad vitæ licentiam. Egregia conclusio superioris disputationis.

2.

Mihi sanè non est ambiguum, hanc esse conclusionem intentam. Spiritu ambulantes liberos esse a desiderijs, et concupiscentijs carnis. Hoc enim consequitur, qui sinit se duci, et regi per spiritum, ut non succumbat carni, et peccato, atq; adeo minime veniat sub iugum, ac penam legis. id enim significat, non esse sub lege, quod non esse reum legis, nec legem penis subiicere, ut Lombardus ex Hieronymo confirmat. Videtur itaq; esse tropus, qui dicitur Metalepsis, nam ex alio in aliud itur, qui sub lege est, sub iugo est, reus est, prouariator est, carnalis est, concupiscentie seruus, et carnis mancipium, atq; adeo supplicio, penaq; damnandus. ergo qui non vult in duello carnis, et spiritus dare manus hosti, et a suis cupiditatibus conculari, incidereq; in penas a lege, siue naturali, siue diuina, siue positiua, Ecclesiastica aut ciuili subibitas: qui non vult, inquam, incurrere in peccatum, ac mortem, teneat se fortiter ex parte spiritus, eumq; ducem, et imperatorem sequatur, ad eius prescripto, ac mandatis minime declinet, et facile victor erit, triumphans de carne, mundo, demone, deq; legibus ipsis reportabit. scriptum est enim Ps. 142. 10. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam.

3.

Flaminii, et Campensis: Per eam viam, quæ recta ducit ad te. Enchyridion spiritus tuus benignus deducet me in terram innocentie. Genebrardus, In solum planum, per viam planam, et aquam, in qua non impingam, in viam preceptorum tuorum, quæ ducit ad te. Chrysostomus, in viam virtutis, in consilia, et actiones tibi placitas, vel in celum, in Ecclesiam precipue triumphantem, et celestem. Nichil congruentius afferri potuit, nisi forte illud Rom. 8. 1. Nichil ergo nunc damnationis est ijs, qui sunt in Christo Iesu (i. spiritu ducuntur) qui non secundum carnem ambulant.

Theoria 1.

4.

De quo spiritu intelligendus sit Apostolus hoc loco. Planum est ex contextu de eodem spiritu sic esse sermonem, qui aduersus carnem pugnat. Sic ductor, sic gubernator est hominis, sic vincit, atq; triumphat: sed non sine spiritu sancto, cuius gratia, et auxilijs ornatur, prouenitur, iuuatur in omni actione, et ita intelligo Doctores, qui spiritu



Augustinus

Thomas

Vazquez

Conclusio

tenta

Spiritus, qui sequitur, non est a peccato

Lombardus

Hieronymus

Metalepsis

Ps. 142.

Flaminii

Campensis

Enchyridion

Genebrardus

Chrysostomus

Rom. 8. 1.

Spiritus, qui sequitur, non est a peccato

Solus, sed spiritus sanctus, qui iuuat

Sanctum

Sanctum sic interpretantur, ut Hieronymus, Thomas, Lyra, Legionensis. Sic etiam intelligi putarim versiculum citatum Ps. 142. Est enim spiritus sanctus, qui hominem gubernat, sed per gratiam spiritui nostro communicatam tam habitualem, quam actuale. de quibus supra cap. 1. v. 9. Et enim spiritus noster quasi freno ducitur à spiritu sancto per gratiam; tamen homo spiritu suo ducitur, non suae naturae relicto nudo, et inermi, atque imbecillo, sed armis communito, roborato, videnterque (ut sic dicam) animato, et illuminato per gratiam, et dona spiritus increati, itaque non de spiritu, quo vivimus nudo, sed de spiritu, quo secundum Deum vivimus, qui est participatio, vel non sine participatione spiritus sancti, sic, et similes loci exponendi sunt.

Theoria. 2.

De qua lege dictum sit, non estis sub lege
de scripturae. an de alia?

1. S. Ambrosius de lege peccati intellexit. sic enim ait post verba, quae supra retulimus. Divina enim lex premit et fugat legem peccati consulens homini, ut vigorem naturae suae custodiat, ne capiatur illecebris; illa (lex peccati) è contra in insidijs agens lacessit hominem blanditijs, ut spernet præceptum legis divinae, (et paucis interiectis) ideoque (inquit) legis spiritus præcepta servanda sunt; et carnalia (i. legis peccati dictamina) fugienda. ipsa enim conscientia se accusat, si ei consentiat (legi) sciens sorrori esse, quae suggerit lex peccati. et mox addit; quod si spiritu ducimini, non estis sub lege. Non est obscurum, quia qui ducem habet spiritum sanctum non errat. Lex enim errantibus dominatur, sicut alio loco dicit: iusto non est lex posita. Hactenus sanctus doctor, quem de lege peccati sume verum 18. interpretari Pater Quares assensit (sicut non sequatur) De leg. li. 1. c. 19.

2. Sanctus Chrysostomus tam de lege decalogi, quam Moysaica interpretatur, quem sequitur Caietanus, imo et sanctus Thomas, Salmeron, et Justinianus. 3. Alij ab omni lege liberum dicunt istum, et consequenter sic interpretantur, non esse sub lege, nullius legis onere premi, cogive timore, cum enim siue spiritus sanctus, siue spiritus noster, spiritus sancti gratia illustratus, ab eoque actus, nihil nisi rectum præseribat, aut sequatur, neque is ullo modo possit errare, qui eius ductum tenuerit, secutusque fuerit. Siue nulla quidem alia opus est lege. Haec enim errantibus dominatur, iniustus ponitur, et non subditus. Ut enim scriptum est. 1. Timoth. 1. 9. iusto. i. Dei filio, Lex non est posita, nam lex non loquitur ad eos, qui ea non indigent; neque eos terret, aut premit; sed eos constringit, et quasi iugalibus vincit nodis, qui illa opus habent, ut vel bona, quae non curabant, præstant, vel mala, quae admittebant, effugiant. V. g. Lex precium taxans frumenti, non terret, aut tangit eos, qui quod vendant, non habent, nec habere possunt, atque adeo isti sub lege illa non sunt, nec illam timeant, nec sorrent. quocirca loquendo de lege in uniuersum, ut omnes

comprehendit leges, alijs spiritualis, liber, atq; immunis est, est nimirum iam
 vir effectus, et pedagogo non indiget; ingenuus est, et penis subtractas servorum
 est filius, et alacri, promptoq; animo, patris exequitur voluntatem. Doctor
 est, minoribus disciplinis vale dixit, ferule manum subduxit, didascalo re
 nunciavit. sapiens est, et errare non timet, facem, prorsertim, suis lucentem
 gressibus proferens spiritus sancti; atq; adeo nec lege obstringitur, nec
 eius premitur imperio; nec minas timet, aut supplicij terretur.

6.

Primasius breviter, ac scite in hanc rem; si vos totus, inquit, spirituali
 bus occupetis, non est opus lex, quae carnalibus data est. idem putatus scie
 nonymus. addit Primasius, in quantum quisq; spiritu ducitur, non est sub
 lege; quia quantum condelectatur lege Dei, non est sub legis timore; qui ti
 mor tormentum habet, non delectationem. Chrysostomus, qui per spiri
 tum, inquit, primas concupiscentias extinxit, non eget legis auxilio, sed mul
 to factus est preceptis sublimior. Augustinus, iustus, inquit, non est sub le
 ge, quia in lege Domini est voluntas eius, qui enim in lege est secundum
 legem agit; qui sub lege est, secundum legem agitur, ille ergo liber est, iste
 servus.

7.

De lege Moraiica etiam quoad ritus, et ceremonias, dum illae vigeant,
 sic verificatur, ut qui spiritum in ea latentem secutus sit, identidem à libere
 mortuae impletione fuerit quoq; solutus; certum verò est, illam legem, sal
 tem quoad iudicia, et ceremonias in Christi obitu cessasse, nec post adven
 tum spiritus sancti diutius obligasse. quod si tantis per dum funera synago
 ga, et parentalia cum honore soluerentur; nonnulli ceremonias legales
 servabant: non tamen absolute erant sub lege; in qua nullam collocabant
 spem, et à qua ne vera iam liberi erant. De lege carnis per Moraiicam sig
 nificata aptius explicus, qui enim spiritu ducitur, liber est à carne; Socie
 tatem inexcabitur eius illecebris, superior erit, et saguis, et insidijs, nec
 oblectamentis capietur, aut fraudibus. vide Ambrosium supra numero 5.

Legionensis scite, et eleganter. si carnis, inquit, desi derijs, spiritu duce,
 propugnatis, soluti legibus proculdubio estis. Hoc est, non solum estis à Mo
 saica lege liberi, sed etiam à conditione legali; non solum caeremoniarum
 praescripta Moraiica, vos non obligant, à quibus semper fuistis soluti vinco
 lis, sed à servitendi illa legitima ratione, quae metu animos constringit, et
 ad honesta sequenda, formidine penae incitat, estis liberati; nam in ijs
 quos spiritus ducit, deus est amor.

8.

Secundum Doctorum eiusmodi intelligentiam significavit Apostolus
 spirituales viros, quales esse oportet Christi fideles, solutos esse à legis Mo
 saicae obligatione, atq; carnis concupiscentijs, propter quas coercendas po
 sita erat. cesset enim lex oportet, cum causa, finisq; legis cessavit. Et hunc
 sensum intenteum fuisse ab Apostolo verò simile est. Cum hoc sit instate
 tum Sicut epistolae primarium. Hoc loco Caietanus. Libertas, inquit, à
 lege Mosaiica explicatur (de qua millies supra) et vim servitutis propositio sub
 indicat.



indiat. à qua soluti sunt, qui ex charitate implent legem, ut supra patet. V. 14. 15.
Suius capitis. Legionensis; Nemo, inquit, in eo seruit, quod cupide, et alacriter
facit; itaq; iusti et si tenentur lege, tamen sub lege non sunt, Lex enim non
premit, neq; in seruitutem redigit, quod in ipsis efficit spiritus Christi, quo
ducuntur. sed hæc doctrina ad quamlibet legem pertinet

Sanctus Thomas de lege decalogi verificari posse sententiam Apostoli osten-
dit. quicum dico primum, Lex iustos non cogit, sed obligari tamen tenentur
enim seruare, sed sponte, et non metu adacti seruant. sic illud intelligendum
2. Cor. 3. 17. ubi spiritus domini, ibi libertas. deinde aio, ipsam gratiam, qua
spiritualis vir illuminatur, et corroboratur meliorem esse, fortioremq; du-
cem, quam legem, quam obrem superior fit iustus, sanctus, atq; spiritualis
lege ipsa: (ut dixit Chrysostomus supra) quam et si seruandam sibi proponit,
ac reuerenter suspicit: tamen si nusquam Lex fuisset, is planè ea, quæ lege
precipiuntur, seruaret, exactissimèq; faceret, nullo cogente, aut premen-
te metu; sed dumtaxat amore, et charitatis feruore incitatus, et actus.
Hæc est vis spiritus supra omnem legem. Libertini Secretici negabant iustos
lege teneri, nec decalogo obligatos, sed errabant. Lex enim tria habet, obli-
gat, dirigit, cœrcet. illa duo iustos tangunt, tertium tantum iniustos. Hæc
de lege naturali, et diuina intelligenda sunt, nam ea, quæ supra dicta
sunt, vera sunt.

911

10.

21

Claudius ita decernit, iusti non sunt sub lege, quasi illa indigeant, qua
si monitrice, et directrice. Alij, non sunt sub lege accusante, et damnante,
siue premente, cogente, in seruitutemq; redigente, sed exactius quid sit
sub lege esse, mox alia Theoria explicabimus. quod verò ad presentem ver-
siculum pertinet, non est melior commentarius quam ille locus ex Epist. ad
Rom. cap. 8. 1. 2. 3. Nihil ergo, inquit, Apostolus, damnationis est ijs, qui sunt
in Christo Iesu, qui non secundum carnem ambulant, Lex enim spiritus vitæ
in Christo Iesu liberauit me à lege peccati, et mortis. Idem sic expla-
nat, Lex vitæ, quæ mentis est, et Dei, me liberauit per Christi gratiam
à lege peccati, quæ mortis est, et in membris residet. Liberatus autem nõ
tam tra. sar à lege carnis, mens enim iustificationem adeptus, facultatem
habet, et vires ad legem implendam, et carnis concupiscentias superandas,
ergo spiritus gratia perditus, palamq; ferens liberat hominem à per-
uicatione, atq; ardeo à reatu, et pena legis, quibus damnis obnoxii sunt,
quicumq; secundum carnem ambulant, et eius concupiscentijs obsequun-
tur; qui pretereuntes Dei legem sub ipsius dominatione, minis, et erroribus, sup-
plicijq; sunt constricti, colligati, ac compediti. Hoc itaq; significatur
Sic verbis; si spiritu ducimini non estis sub lege. de cuius imperio per Chris-
ti gratiam subducti estis, sponte, et amanter quæ Lex spiritus docet, ob-
seruantes, adimplentisq;. In eam dem sententiam explicat Vasquies
eundem locum Rom. 8. 1. 2. 3. Sic verbis; qui ergo iam per Christum ius-
tificati sunt, et eius dem gratia non consentiunt prauis motibus exterioris
hominis, et corporis obnoxij peccato, non sunt sub potestate, et tyrannide



peccati. Lex enim, et præceptum spirituale, et bonum, et consequenter vite per Christi gratiam liberavit eos à potestate, et iure servitutis peccati, ac mortis.

Theoria. 3.

Utrum semper idem significarit Apostolus cum dicit: Non esse, vel esse sub lege.

11.

Respondedo, variè explicari hanc phrasim ab interpretibus. I. esse sub lege dicunt idem valere, atq; subditum esse legi, aut lege obstringi, et obligari. *Legi obstringi, atq; subditum esse legi, aut lege obstringi, et obligari.* quomodo intelligendum illud Galat. 4. 21. Dicite mihi, qui sub lege vultis esse. Galat. 4. 21. *Legi obstringi, atq; subditum esse legi, aut lege obstringi, et obligari.* Lexe constringi, etq; subditus fieri. Hic sensus confirmatur ex cap. 5. 1. ubi ad hortans eosdem Galatas, ut immunitatem, et libertatem conseruent, ait; State et nolite iterum iugo servitutis contineri. Sicut, lege servorum obligari. Hæc modo posse explicari Sicut versum 18. De lege scilicet scripta, prout scripta V. 18. *De lege scripta, prout scripta.* opinantur nonnulli, et contextus epistolæ, consequenti atq; dictorum videtur confirmare. De lege enim scripta totus sermo Apostoli est; quam ad salutem necessariam post Christi acceptam fidem negat: quod enim illa præstaret, spiritus sancti ductu melius efficitur. Spiritus enim gratia rebellis carnis vincitur, eius demq; spiritus illuminatione carnalia opera manifesta fiunt, eiusdem auxilio, et ope, et vicia fugantur, et virtutes comparantur, peccata vitantur, actiones bonæ, et laudabiles perficiuntur. Quare iam præsentis spiritus superuacua est Lex illa Mosaiica in tabulis exarata, quæ occasione ignorantia, et imbecillitatis hominum illius veteris sæculi posita est; cum per Christum iam spiritus sanctus datus sit; qui illustrat mentem, ac roborat, ut legem cordibus insculptam, et intelligant, et opere exequantur. Vbi itaq; diuina, ac naturalis viget, nihilq; Lex, non iam scripta in tabulis necessaria est, quæ ut illius obliuionem, aut insecitiam suppleret pro illo tempore data est. Hanc interpretationem Sicut versus 18. habet Chrysostomus, Theodoretus, Theophylactus, Primasius, Salmeron, Quares, et manifestè probant, et confirmant ea, quæ supra retulimus Theoriae 2. dicto 3. Illa quippe rationes legem Mosaicam omnino excludunt, secundum sensum, quem sic explicauimus. *Spi sancti ductu que carnalia opera manifesta fiunt, non fiunt? Spi præsentis Lex Mosaiica non danda.*

12.

Galat. 4. 4. dicitur, Christus factus sub lege, non quoad obligationem, sed quoad observationem, quam libenter, ac nemine cogente, sed sua voluntate complexus est; superior enim Lex erat, ac legis dominus, ut ibidem exposuimus. Similiter dicitur Paulus non fuisse sub lege, quæ eum obligaret, quam vis ipse volens lucrari eos, qui sub lege erant, eaq; obligabantur, ita se gereret, quasi sub lege ipse etiam esset; ei nempe subiectus, aut obstrictus. 1. Cor. 9. 20. 21. ubi sub lege esse opponit, sine lege esse tamquam contrarium, certum est autem sine lege dici eum; cui Lex non est imposita, atq; a leò ea non imponit obligationem, aut debitum. In hac significatione non possunt Patres veteris testamenti Aaron, Isaias, et ceteri dici non fuisse sub lege; quippe qui ea tenerentur, deberentq; obseruare. Possunt tamen alio modo (quem mox explicabo) dici non fuisse sub lege, nimirum cogente, premente, aut damnante; siquidem illi adempta gratia per fidem Christi, qui venturus erat, non coactè, sed spontaneo, ac libenti animo legem obseruabant. Verum *Galat. 4. 4. Christus quomodo factus sub lege fuerit? Paulus non sub lege fuit? 1. Cor. 9. 20. Patres veteris testamenti tam an cogente possint non fuisse sub lege? De his*

de his non loquutus est Apostolus Soc versu 18. sed duntaxat de fidelibus Christianis, quos à lege Moisaica voluit liberos ostendere.

2. Esse sub lege potest significare sub timore legis esse, vel sub comminatione, premi scilicet terrore, quem lex inculcit, dum non observanti, seu prouarianti supplicium proponit, et comminatur. Hoc modo explicauit S. Thomas et alij (ut vidimus Theoria precedenti) eos non esse sub lege, qui spiritu ducuntur, ut continetur Soc versu 18. Sane fuisse sententiam Augustini patet loco supra recitato ex Ps. 1. eadem est sententia Legionensis ibidem relati. Pater Quares dicit valde esse probabilem, pro qua citat Bedam, Anselmum, Adamum, Caietanum, imo etiam Chrysostomum, et Theophylactum, licet putet et alio spectasse, ut constat ex priori explanatione, de lege enim veteri locuti sunt, sed Soc explanatio non ad veterem legem coarctatur, sed ad omnem legem extenditur: supponit verò lege obligari, non tamen terri eos, qui spiritu, et charitate ducuntur, atq; adeò illam seruant, et implent.

3. Esse sub lege videtur significare sub maledicto legis esse, ut supra c. 3. 10. Soc est, reum ~~esse~~ legis esse, per legem damnari, tanquam prouariatorem, qui eam non observauit, sub pena, inquam, legis teneri. Hispanè dicitur, auerle caido la lei encima. Hoc 3. modo videtur intellexisse Sunc versum 18. Augustinus epist. 19. ad Hieronymum, cum ait; Hos ergo damnabiliter dicit esse sub lege, quos reos facit lex non implentes legem. Adamus hanc expositionem secundo loco probat, non esse, inquit, sub lege accusante, et damnante, quos spiritus sanctus ducit, et adiuuat, ut prestent legem; et sic sensus confirmari videtur V. 23. infra, cum numerus fructibus spiritus adiungitur: Aduersus Suiusmodi non est lex. q. d. Si nulla Lex se opponit, contrariaue est, qui eos possidet fructus non est sub lege, quæ eum condemnet.

Hæc expositio quo ad versum 18. non probatur Patri Quares, et quia ad intentionem Pauli nisi videtur referre, cum sit ea, quam indicauimus primo dicto; et quia non creditur diciturus Apostolus, qui spiritu sancto ducitur, non esse sub lege naturali, et euangelica, sed bona venia ^{fanti} Doctoris Soc posterius non videtur vllum Sabere absurdum; qui enim seruat has leges, non est sub eis, quasi reus, aut damnatus; licet sit sub eis tanquam subditus, et earum observatione, non tam inuitus, quam volens, ac libens obligatus; ut præcedenti Theoria cum Sancto Thoma diximus. Illud autem prius non ita intelligit noster Magister Gabriel Vasquez, qui hanc tertiam explanationem cum Adamo, et Anselmo, imo cum Beda, et Augustino constantè tenuit (ut supra vidimus) in Soc loco, et etiam 1. 2. Dissp. 168. quo loco secundam expositionem nuper à nobis 2. dicto allatam, ipse adeo non censet probantiam, quia non semper verum sit, iustos, qui scilicet spiritum sanctum in se Sabent, non esse sub lege, quasi cogente, et terrente; nam qui minus perfecti sunt, sæpe timore peccatorum inducuntur ad legem seruandam, qui quidem timor bonus est (et si magis seruorum proprius) de numq; Dei esse timorem æterna pœnæ spet venie coniunctum definit Conc. Triad. Sess. 14. c. 4. et secundum se etiam communis scholasticorum Doctorum tradit opinatio, repeririq; in iustis, cogit agi, atq; ad legem Dei seruandam

iustos moueri certum est. De mente vero, et intentione Pauli non discedit Sac inter-
pretatio, ut patet supra, ubi uerba ex paraphrasi Vasquez descripta sunt. Dispu-
tatione etiam citata iterum demonstrat.

16.

4. Esse sub lege significat sub statu legis antiquae, Mosaycae, nempe, uiuere, in quo
propter imperfectionem illius status, Lex solum imperio suo grauabat, non tamen
uires, auxiliumue ad exequenda opera praescripta sufficiebat. sic intelligendum
illud Rom. 6. 14. Peccatum enim uobis non dominabitur, non enim sub lege es-
tis, sed sub gratia. Rationem reddit Apostolus, quia propter non debeant
Christiani tyrannidem, ac dominium peccati, quasi inuicibile, pertimescere,
quod scilicet non sint in illo statu, cum Lex Moisi uigebat, in quo, qui illi
legi erant subiecti, ex ipsa lege nullas uires habebant ad illius iussa imple-
nda. iubebat quippe Lex non concupiscere, sed uoluntati non suggerere
roborem, ut resisteret concupiscentiae. Verum in statu gratiae, et si legem habe-
mus non concupiscendi, tamen habemus per Christum gratiam, quae inte-
rius mouet, et exterius roborat animum ad uitandum peccatum. Ideo nunc
per gratiam cauere possumus peccatum, ne regnet, ac dominetur in nobis,
quod sub legis statu non poteramus. Hanc expositionem planam et certam
dicit Quares illo c. 19. lib. 1. De Leg.

Vini in statu
Mosaycae
grauius non
inuabat
Rom. 6. 14.
Explicatio
Vasquez
Molina
Lex non habet
uires.
Gratia per
mouet, et roborat
In statu gratiae
cauere peccatum
potest, non ac
sicut in lege
Quares.

17.

quam sic expressit Theodoretus, Non amplius (inquit Apostolus) na-
tura sola luctatur, sed opem ferentem habet gratiam spiritus. Ante gratiam
Lex solum docebat, quid esset agendum, sijs autem, quibus ipsa imponebatur, nul-
lum penitus auxilium afferebat. Gratia autem praeter legis impositionem, pra-
ebet ^{etiam} auxilium, et propterea Lex est perfectior, quae fit a gratia legis ratio,
ut pote cum auxilium soluat difficultatem. Chrysostomus per Theophylac-
tum in summam reductus. Corpus, inquit, nostrum, ante Christi aduentum
facile a peccato expugnari potuit, neque enim spiritus aderat, qui succurre-
ret, nec baptisma, quod mortificare posset; Lex erat iubens tantum, nihil
tamen auxilij afferebat. Gratia uero et priora peccata remittit, et ad
cauenda futura nos munit. Addit ipse Chrysostomus; Lex quidem coronas
post impensas labores promittebat; gratia uero primum coronauit, et tunc
denum in certamen traxit. Mihi sane uidetur non de omni credentis uita
sic agi, sed magis baptismatis, ac legis collationem fieri, quam quidem
et alibi significat, cum dicit, littera quidem occidit, spiritus autem uiuifi-
cat. Transgressionem quidem Lex arguit, gratia uero soluit. quem admo-
dum igitur peccatum adiuuat Lex arguens, ita sub peccato esse non permit-
tit gratia ignoscens; ut iam duplici uia peccati sis tyrannide liberatus. Pri-
mum quod exemptus es a lege, deinde quod gratia potiri concessum est. Chrysos-
tomum etiam sequitur Occamenius.

Theodoretus
Lex et gratia
statum diffi-
rentia
Theophylactus
Chrysostomus
Lex iubet
non tamen in-
uabat.
Lex, et gratia
mihi dicitur

18.

Augustinus eandem expressit sententiam. Non sumus, inquit, sub lege
bonum quidem iubente, non tamen dante, sed sumus sub gratia, quae id,
quod Lex iubet (quoad moralia scilicet) faciens nos amare, potest libe-
ris imperare. et alibi; Non enim, inquit, estis sub lege, sed sub gratia, non
quia Lex mala sit, sed quia sub illa sunt, quos reos facit iubendo, non ad
uiuando; gratia quippe adiuuat, ut Lex quisque sit factor, siue qua gra-
tia sub lege positus tantum erat legis auditor. Eandem

Occamenius
Augustinus
De Cantu
De gratia
arbitrio
Sine gratia
positus non
sed audire
inter

interpretationem secuti sunt Anselmus, qui insistit vestigijs, et verbis Augustini, item Lombardus, atq; Adamus, qui adberet Acumenio; Caietanus, quem eleganter explicat Perezira; Toletus, qui addit non dici fideles Christi esse sub lege, quamuis teneantur Legem moralem seruare in euangelico statu; qui est gratie status, quoniam per viuam fidem vires Sabent contra peccatum; quod potest quidem esse, sed non dominabitur: quia presto est gratia, qua, si volunt, vincatur, et expellatur.

Primasius, Peccatum enim vobis non dominabitur, id est, Non vos vincat peccatum; non estis paruuli, sed perfecti; quasi pedagogus dicat puero; Noli facere vitium sermonis; nam enim audis grammaticam, sed oratoriam, imperatiue loquitur. Axias Mont. Peccatum enim (postquam Christi virtute, et efficacia in vobis mortuum fuerit) vobis non dominabitur. Non Sabebit iam illam vim dominandi, quam Sabebat, cum illud vigeret, et vos nondum accepissetis Spiritum adoptionis, sed adhuc essetis (sub lege) subiecti spiritui seruitutis in timore, et metu; qualis conditio adhuc sub lege Sominis manebat, qua peccatum indicabat, in vobis, quas illa tamen gratia non donabat, vt possetis mori peccato, et viuere Deo. iam estis (sub gratia) sub alia conditione gratie Dei, qua indicat, et docet, quid velit Deus, addit etiam virtutem, et communicat spiritum, quo suauiter, alacriterq; Dei precepta obseruentur; atq; adeo iugum illud grauissimum legis, in leua mutat euangelij; loquitur enunciatiue, ac promissiue. quod videtur magis consentaneum contextui; cum enim imperando intulisset; Non ergo regnet peccatum. etc. rationem adiunxit, qua metum eriperet, et animi adderet; Non enim dominabitur peccatum. etc. Titelmanus etiam de lege veteri, infirma, et inualida intellexit.

19.

Perezira post varia Patrum testimonia tandem concludit in hunc modum, Nos igitur explanationi Patrum insistentes dicimus, quid sit, Non esse sub lege, facile intelligi ex contrario, quod est esse sub lege. Hoc autem est, Sominem gratia Dei carentem, sibiq; derelictum, debitorem quidem esse implendi legem, sed esse tamen prorsus impotentem, nec legem demonstrando, et iubendo quid agendum, et fugiendum est, adiumento ei esse, sed quodammodo magis esse detrimento. Per occasionem enim legis (tanta est Sumani animi prauitas, et ad malum procliuitas) peiores fiunt Somines, plura videlicet, et grauiora facientes peccata. Contra vero esse sub gratia est, Sominem a peccata liberatum, Deiq; gratia donatum, et sub eius presidio, ac protectione mouentem et velle, et posse vniuersam legem implere, atq; in posterum peccata cauere.

20.

Sotus eadem sententia inquirens statum legis veteris, qua cassa et inuenta Sabebat, et totius erat experti gratia, ac criminum per occasionem effectrix, cum statu gratia, ubi Christus redemptor operi effudit vniuersas suae benignitatis, et misericordiae fusiis, et explicatiuis comparat. Ambrosij vero expositionem, et si laudat, vt veram, mortamari sequitur, vti contextus Suius loci minis propriam, legem enim pro inimicitia, gratiam pro beneuolentia videtur accepisse.

21.

Ait itaq; Ambrosius, si non peccemus, neq; sub lege sumus, sed sub gratia, qui facit peccatum, seruus est peccati, et necesse est quod sit sub lege, quando remissa non accipit, peccatum enim auctoritate legis neum facit peccatorem, ac per hoc, cui data remissio est, et custodisse, ne de cetero peccet, neq; peccatum ei dominabitur.

neq; sub lege est; cessat enim circa eum auctoritas legis, qui liberatus est à peccato, quos enim reos tenet lex, traditi sunt ei à peccato; qui autem peccatis exutus est, non potest esse sub lege. videtur sic S. Doctor opponere gratiam offensa, siue amicitiam inimicitia. Itaq; pro eodem sumere esse sub peccato, et esse sub lege, quasi reum, et perquarcatorem legis; quare vniuersaliter legem intelligit, sub qua, qui reus est, sub damnatione est; atq; in Soc. sensu non differt haec expositio ab ea, quam supra 3. puncto explicauimus, ubi esse sub lege diximus idem, atq; esse sub damnatione legis, vel sub maledicto, quomodo etiam intelligitur illud capitis 4. s. ut eos, qui sub lege erant, redimeret. ut ibidem explicauimus.

22.

Vasquez in Sunc locum sic ait; Aliqui sic exponunt; Peccatum enim vobis non dominabitur, non enim sub lege estis, sed sub gratia; Soc est, non estis in statu legis Moysis, ubi peccatum dominabatur, sed in statu gratia (ait Gagn) per Christum iam peccati victa tyranide, sed mihi (inguit Vasquez) Soc expositio non placet; quia etiam in statu legis Moysis auferabatur peccatum per gratiam Christi, sed inquam, o P. Magister non ex vi legis, sed ex viua fide, et deuotione in Christum singulari, quasi priuilegio credentium eotempore. Alij dicunt (pergit Vasquez) non esse sub lege, idem esse, quod non habere solum legis notitiam, sed adiutorium gratia; sed neq; mihi haec interpretatio placet; quia sic Paulus non loquitur de lege precepti, (atq; a lea nec de Moysaica) sed de lege Domini; et principatus, ut constat ex sequenti cap. 7. in quo Soc ipsum prosequitur, et ita reliquum Suius capitis ad hoc tendit, ut iustificati amplius non peccent, quia non sunt sub dominio peccati (Soc est, sub lege). iure igitur optimo ab ijs petitur, ut non peccent, qui iam non sunt sub lege, et dominio peccati, et fomitibus. Ergo ex sententia Suius Doctoris, esse sub lege, est esse sub peccato, sub fomitibus dominatu, et tyranide. quomodo Ambrosius supra explicauit v. 18. quod si spiritu ducimur non estis sub lege, carnis scilicet, et peccati. Haec expositio si eadem non est, atq; illa, quam paulo ante ex eodem Ambrosio retulimus, certe est simillima in re, licet verbis, et rationis modo discrepet; nam sub peccato esse, et sub lege pro eodem videtur accipere. At in cal ligas non idem semper significari ab Apostolo per Soc verba esse, vel non esse sub lege, quod quassitum est.

Theoria 4. circa locum Pauli. 1. Tim. 1. 9.

23.

quo plenius constet doctrina tradita operis precium duco superioribus adiungere explicationem loci illius saepe citati, 1. Timoth. 1. 9. 10. quia lex iusto non est posita, sed iniustus, et non subditis, impijs, et peccatoribus, sceleratis, et contaminatis, parricidis, et matricidis, homicidis, fornicarijs, masculorum concubitoribus, plagiarijs, mendacibus, et peruarijs, et si quid aliud sanae doctrinae aduersatur. 1. Est communis expositio legem non esse iusto positam quoad vim coactiuam, sed solum quoad directiuam. obligat enim Lex iustos, sed non cogit terrendo, aut vim faciendo, non enim haec indigent coactione, qui amore ducuntur ad id, quod lex iubet, obseruandum; citantur pro hac expositio ne O. Thom. Caiet. Sotus, Vega in Trid. Salim. Bellarm. apud Quares de Leg. li. 1. c. 19.



2.

2. Alij sic interpretantur, et lex non sit iusto posita, ita ut ei sit nocumentum allatura reatus, ac pœnis; Sane, ut contextui magis consonam, probat, sequiturq; P. Via 3. que, tribuiturq; Augustino, Anselmo, Thoma, ut superior; Utraq; verò in Soc. conuenit, quod vim coactiuam iusto de facto aufert; qui enim sua sponte, seu amore ductus virtutis opus bonum præstat, quod lex præscribit, nec minis grauatur, nec pœnis plectitur.

3. Placet maximè, quod docet doctissimus Quares. ibi de lege scripta sermo nem esse, nec consi. d'rasse Apostolum, an lex timorem incutiat, pœnamue infligat iniustis, non verò iustis, quod cum omni legi sit commune, non videbatur necessarium edicere. quid ergo? solum iudicare intendit legem scriptam, datamq; iudicis fuisse, ex se, Soc. est, ex propria natura illius, siue ex intentione dantis propter iniustos, impios, sceleratos etc. non verò propter iustos. Nam si omnes iusti es sent, quid necesse erat illis legem ponere? Hoc mihi magis videtur insinuas se Augustinus de spirit. et litt. cap. 10. si verba expendantur, quæ pro prima interpretatione non tam aptè referuntur. Iniustus, inquit, legitima lege utatur, ut iustus fiat, quod cum factum fuerit, ea iam non utatur, tamquam vehiculo, cum eò peruenierit, vel potius, ut pedagogo, cum eruditus fuerit. Idem iudicat Epi p'ianus lib. 2. Ser. 66. quoniam anticipauit iustus ~~per~~ perficere ea quæ sunt legis, non est lex contra iustum, qui fecit legem; verum posita est contra eos, qui deliquerunt iudicans iniquos; sic igitur et testamentum; iubet enim homicidas occidi etc. idem innuitur Galat. 3. 19. cum dicitur; Lex propter transgressiones posita, siue coercendas siue manifestandas; ut ibi dem fusius explicauimus. Et certè quod de lege Moysaica dictum est, ceteris etiam legibus conuenit. Plerumq; enim ob vicia coercenda statuuntur. vnde rectè S. Thomas Lect. 3. cap. 1. Suius. 1. ad Timot. si omnes, inquit, essent iusti, nulla necessitas dandi leges; quia omnes essent sibi lex.

24.

quod si homini in statu innocentie lex posita est, etiam cum pœnæ seuerissimæ comminatione, non obstat dictis; neq; enim de ratione legis est, ut semper contra iniustos ponatur, sed frequentius ita fit. Potest enim iustis poni ad virtutum exercitationem; ut rectè Augustinus in Gen. de præcepto pro parenti dato; oportebat, inquit, ut homo ab aliquo præberetur, ut esset ei virtus merendi obedientia. Comminatio autem non ideo intenta est, quod status perfectio illa indigeret; sed ob alias causas, ut scilicet ex pœna colligeretur grauitas criminis, et utilitas maxima præcepti; ex quo totius naturæ humanæ conueniendebat; itemq; ut consideretur arbitrij mobilitas, quæ totam illam perfectionem deserere posset, ut fecit.

25.

Illud etiam animaduertendum, cum dicitur, iusto legem non imponi, intellegi debere de lege externæ, et scriptæ, quæ ideo fertur, ut renouet legem, quæ in cordibus scripta est, sed obliuione obruta, atq; obliterata propter hominum sceleratorum viuendi rationem; quod Ambrosius (ut aduertit Bellarminus Cardinalis) indicat in Ps. 36. 31. super illud; Lex Dei eius in corde ipsius, in corde, inquit, iusti Lex Dei est. quæ lex non scripta, sed naturalis,

26.



iusto enim Lex non est posita, sed iniusto. idem significavit Augustinus super illud Ps. 12. *Sed in lege domini voluntas eius.* Aliud, inquit, est Lex, quae scribitur, et imponitur servituti; aliud est Lex, quae mente conspiciatur ab eo, qui non indiget litteris. Cum ergo Lex non ponitur ad renouandam naturalem, siue internam, nihil vetat, quin ponatur alijs vlla occasione peccati, et aequae pro iustis, atq; iniustis, qualis fuit posita primis parentibus.

Augustinus
Ps. 12.
Iusto non imponitur Lex externa sed interna. et de eius inculca est, scilicet natura.

Appendix.

27.

Colligitur ergo ex dictis his duabus Theorijs nullum esse apud D. Paulum locum per quem homines quantumvis iusti excipiantur vniuersim ab omni legum obligatione; cum de natura legis sit obligare, nec nisi ab eo feratur, qui auctoritate valet ad obligandum, et cui iuste imperanti obtemperare, tamquam subditi teneantur, libertatem autem spiritus, de qua scriptum est, 2. Cor. 3. 17. *Vbi spiritus domini, ibi libertas.* et si posimus declarare immunitatem à peccato, à timore, à maledicto, seu poena legis, tum etiam à lege Moysaica; tamen de immunitate à cecitate mentis, et duritia cordis, quo quasi velamine seruitus animi Iudeorum tenebantur, quo minus veritatem euangelicam, et spiritum inclusum in littera veteris testamenti percipere, ac intelligere valerent, qui illi pertinaciter inherebant, de libertate, inquam, ab hoc velamine declarare oportet secundum capituli contextum, et D. Pauli mentem. Illa enim grauis admodum seruitus est cecum esse in re ad salutem aeternam necessaria; et, vt semel dicam, Libertas christiana ea est quam gratia christi donat; per quam qui retinent filiorum adoptiuum nacti, et hereditatis aeternae ius consequuti, liberi sunt, et non serui, vt veri Dei filij: quorum in corda misit Deus Pater spiritum filij sui, vt qui acceperit, iam non seruus, sed filius sit. Galat. 4. 6. 7. Hanc itaq; Libertatem insinuat sanctus Iacobus epist. sua cap. 1. 25. cum legem appellat perfectam libertatis, quam legem deinde cap. 2. 3. regalem appellat, tamquam à christo rege regum traditam. Ceterae leges sub timore constituebant, haec vna in perfecta libertate constituit, quia gratiam coniunctam habet, qua facillime, spontaneèq; obseruetur.

Natura legis per se dicitur à legitime nomine.

2. Cor. 3. 17. Explicatur.

Libertas christiana.

Galat. 4. 6. 7. et 2. 8.

Lex regalis, et perfecta libertatis charitas.

2. Colligitur quam caeci, ac recordes sint Lutherani, et Caluinista, alijsq; Secretici Suius aevi, qui ex his locis, et similibus noui testamenti voluerunt confirmare suum errorem; quo ab omni legis obligatione voluerunt iustos eximere; cum ipsodem fere locis, certè pluribus eorum conuincantur omnes homines, etiam iustos legibus esse subiectos. quid enim est illud Galat. 5. 13. 14. *Vos in libertatem vocati estis fratres, tantum ne lib. in de. car. de. sed per caritatem spiritus ser. inuicem.* omnis enim Lex in vno sermone imp. *Diliget proximum etc.* similiter Iacob. versu illo 25. *qui autem perpexerit in lege perfectae libertatis, et permanserit in ea, non auditor obliuiscus factus, sed factor operis, sic beatus in factosuo erit.* et iterum cap. 2. versu 8. *si tamen legem perficitis regalem, Diliget proximum etc.* Sed erroris Suius sectatores damnati sunt ab ecclesia, vt vultur esse in Concilio Tridentino sessione 6. Canone 49. 20. 21.

Viciorum reuocorum.

Galat. 5. 13.

Iacob. 2. 25.

Iacob. 2. 8. Diliget proximum etc. Concilio Tridentino.

V. 19. M.



TEXTUS.

- V. 19. Manifesta sunt autem opera carnis, quae sunt fornicatio, immunditia, impudicitia. Luxuria.
- V. 20. Idolorum seruitus, veneficia, inimicitiae, contentiones, emulationes, ira, rixa, Dissensiones, sectae.
- V. 21. Inuidia, homicidia, ebrietates, comessationes, et his similia, quae praedico vobis, sicut praedixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur.

- 19. Manifesta autem sunt opera carnis, quae sunt adulterium, fornicatio, impuritas, proteruita.
- 20. Idololatria, Veneficium, inimicitiae, contentiones, emulationes, ira, rixa, Dissensiones, sectae.
- 21. Inuidia, Homicidia, ebrietates, comessationes, quae dico vobis, sicut praedixi, quoniam talia agentes regnum Dei non hereditabunt.
- 19. Nota sunt enim opera carnis, quae sunt scortatio, immundities, proteruita.

- 20. Cultus Idolorum, veneficia, inimicitia, iurgium, amulatio, ira, concertatio, Dissidia, sectae.
- 21. Inuidia, Homicidium, temulentia, lasciuia cantio (Commessatio) omniaque huius similia, quae qui faciunt, ut iam praedixi vobis, et nunc dico, regni Dei hereditatem non sunt adepturi.

- 19. Porro manifesta sunt opera carnis, quae sunt haec adulterium, scortatio, immunditia, lasciuia.
- 20. Simulachrorum cultus, veneficium, inimicitiae, lis, emulationes, ira, concertationes, seditioes, sectae.
- 21. Inuidia, caedes, ebrietates, comessationes, et his similia, de quibus praedico vobis, quem admodum, et praedixi, quia ~~qui~~ qui talia agunt regni Dei heredes non erunt.

Scholium. quis scopus Apostoli?

1.

Carnis opera prius, post vero spiritus fructus enumerantur, ut ex ijs certis indiis discat homo, quando carne, quando ue spiritu duci se sinat. (ita August.) Atque ex collatione horum effectuum, seu affectuum diuersorum, conflictionem praedictam carnis, spiritusque facilius, meliusque diiudicet. (ita Seripandus) Unde etiam patebit exactius, quis sub lege sit, quis ue sub gratia; quod secundum Cassianum docere vult Apostolus. Illud vero animaduertendum est, quod Theophylactus, Oecumenius, et alij Doctores annotarunt super 2. Corinth. 2. 10. moris esse nostri Apostoli, quae minus aperte, minus ue explicite dixit, mox subiecta expositione magis exprimere, et enucleatius declarare, ne quis in dubio haereat, aliter ue intelligendum opinetur. sic in presenti contentionem, quam inter carnis, et spiritus desideria proposuit, summamque perstrinxit, iam exactius intelligendam dat commemoratis vnus cuiusque partis effectibus. q. d. ut cognoscatis



Sane, quam indicavi pugnam, rixamque carnis, et spiritus, videte, et notate quid pariat utriusque concupiscentia, quos effectus exerat, quae opera, qualesque fructus promittat, et afferat. Neque id sane cognitum difficile erit, quod et promptum est, et manifestissime appareret. quod si arbor ex fructu dignoscitur, utrum bona sit, an mala, malitiam carnis, ex subiunctis iam operibus, recognoscite quae nulli non manifesta sunt. Hec est, quod sequitur.

2. Manifesta sunt autem opera carnis. Hec scilicet homo à spiritu dei vacuus, et nudus, tamquam incultus, ac derelictus ager, sua sponte proferre consuevit. quae passim occurrunt, et sese ostendunt; sicut enim fumus ab igne, occulto, et se prodit, et ignem, à quo proficiscitur, ita opera, viciosaque carnis peccato infecta, atque corrupta et se, et originem produnt, à qua emanat, infestum, atque corruptam. Manifesta sunt autem, quia plerumque sensibus obijciuntur, exteriusque patecunt, dum actiones sunt corporis, ac per carnis membra exercentur; vel si interiora sint, et cogitatione, atque affectu animi perficiantur, tamen remorsus accusantis, stimulantisque conscientiae, non sinit ea ignota esse, vel latere diutius, praesertim in ijs, qui fidem Christi retinent, nec ita peccando insensibilitatem contraxerint; ut tanquam cauterisatam habeant conscientiam; quod indicavit Apostolus. 1. Timothi. 4. 2. His consentaneè Hieronymus, omnibus, inquit, haec nota esse demonstrat, quia per se pateant mala esse, et fugienda, in tantum ut hi etiam, qui ea faciunt, cupiant occultare, quod faciunt, vel certè his tantum manifesta, quia in Christum crediderint. Plurimi quippe gentium in suis ignominijs gloriantur, et putant, si expleverint voluptatem, quamdam sator pitulidinum victoriam consequutos.

3. Opera carnis, viciosa nempe, et contra Dei legem, rationisque rectam praescriptionem patrata. Nam opera naturalia, ac necessaria partis vegetativae, et alia, quae corporalibus perficiuntur organis, iuxta rationis, et spiritus leges, non sunt damnata, ut nec viciosa. Opera igitur carnis, i. carnalis hominis intelliguntur. ille enim in sacra scriptura caro appellatur, ut supra dictum est. Atque hac ratione quodvis peccatum siue exterius sit, et carnale, siue interius, et spirituale, i. animo dumtaxat admissum, carnis opus nuncupatur, ut patet in subiunctis exemplis, ubi vides non solum fornicationem, atque immunditiam, sed inimicitias, hereses, invidias inter opera carnis nominata. quare Lombardus credere, inquit, omnia mala accidere animae ex carne (id est, ex corpore) error est. non enim omnia vicia vitae inique tribuenda sunt carni, ne ab his omnibus mundemus diabolum, qui carnem non habet, sed carnis nomine totum hominem significavit, qui vivendo secundum se, i. secundum carnem in hoc cadit. non enim habendo carnem, sed vivendo secundum se, i. secundum hominem factus est homo similis diabolo, quia et ille secundum se vivere voluit, quia deo in veritate non stetit. ne quis ergo, ut annotavit Angelicus Doctor nomine carnis addito deciperetur, operum praecipuum fuit, ut distinctius, ac per partes singulas operum carnis explicarentur. Cum itaque V. 13. ne libertatem à lege Moisaica in occasionem carnis acciperent, precepisset, deinde V. 16. ne desideria carnis perficerent monuisset Apostolus, gradatim progressus. Sic accessit, ubi opera carnis sigillatim enumerat, ut cautius evitentur.

cll

que sunt fornicatio .i. cælestis viri cum soluta femina congressus, Græcè πορνεία
 apud Ethnicos latius patebat generale nimirum nomen erat ad quemvis luxuriz coi-
 tum. Fornicor. .i. meretricor. (Græcè πορνέω) dictum à fornicibus in quibus me-
 retrices prostabant. Immunditia dicitur, quæ ex in naturali est progressa libidine
 species luxuriz, siue Somo ipse se polluat solus (per molliorem. 1. Corinth. 6. 10. Neq[ue]
 molles, neq[ue] masculorum concubitores regnum Dei possidebunt.) siue cum femi-
 na vel sua, vel aliena (per monstrositatem) unam ipsam veneris delectatio-
 nem intentans, nequid præterea, siue etiam ad bestiam accesserit (per bestia-
 litatem); siue ad virum alterum aggrediatur, siue item femina secum, aut
 cum altera sui sexus coniuncta id operata fuerit, unde maneat immunda, seu
 polluta (quod peccatum dicitur sodomia, Regia Rom. 1. 26. 27. Propter quod
 tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, in immunditiam, ut contume-
 lijs afficiant corpora sua in semet ipsis.) Crimina ista sunt contra naturam,
 quibus sic veneris actus exercetur, ut obstetur fini eius. .i. Sumant gene-
 rationi, quamquam magis proprie qui se ipsos polluit, vitæam delecta-
 tionem intendens, immunditiz crimen dicitur incurrisse. Gr. ἀκαθαρσία. Im-
 puritas, (aut Hieronymus) extra ordinarias libidines comprehendere arde-
 tur (vide infra) additq[ue] (Eps. 5. 4) Nisi philosophus quidam Cynicus exti-
 tisset, qui doceret omnem titillationem carnis, et fluxum seminis ex quali-
 cumq[ue] attritu, tactuq[ue] venientem in tempore non vitandum, et nonnulli sa-
 pientes sæculi in hanc turpem, et erubescendam Serosim consensissent, numquam S.
 Apostolus ad fornicationem omnem etiam immunditiam copulasset ad Ephesios
 scribens, Eps. 5. 4, et ad immunditiam iunxisset auaritiam, non sane, quia pecuniâ
 cupimus congregare, sed illam de qua supra diximus, ne supergrediatur et auarus
 fraudet in negotio fratrem suum, quod scilicet insatiabilis, et inexpletus per omnia
 turpitudinum genera, Lasciuizq[ue] discurret.

Impudicitia. Hæc in aspectu, osculis, tactu cernitur, cum lingue procauitate et
 gestus petulantia, ex animo q[ue] impuro nascitur, atq[ue] ad explendam libidinem
 prompto. In coniugiis potest contingere, cum inuitatos modos usurpant volup-
 tatis causa, præsertim à recta exorbitantes ratione, licet generandis liberis non
 repugnantes. Luxuria generis nomen apposuit, ut ceteras species cunctas uno
 verbo comprehenderet. Neq[ue] enim aut oris casti pudor, dicere, aut aures modes-
 te audire absq[ue] rubore queunt singulorum enumerationem partium, quæ ad lu-
 xuriam pertinent. Græcè ἀσέλγεια .i. Lasciuia, quæ in rebus veneris tantum
 dicitur nam Luxuria apud Latinos latius patet, cultumq[ue] et sumptus nimios sig-
 nificat. Hispanè tamen lasciuos, et luxuriosos synonymicas dicimus, veneri ni-
 mis addictos, idq[ue] cum petulantia, et procauitate ostentantes.

Varietas Sectionis, et translationis.

Theophylactus. Fornicatio. Adulterium, impuritas. Petulantia, et duo. Hæc pos-
 teriora turpes, inquit, modos notant, quos ne nominare quidem sustinuit Apo-
 tolus proprio videlicet vocabulis. Pro πορνεία, quæ Græcè primo loco ponitur,
 transfertur adulterium in complutensi, Regia, Erasmiq[ue] versione, Syriaca

omittit, et pro fornicatione ponit (ut alijs Erasmus) scortationem, et pro luxuria proteruiam, sicut et Arias: cum Erasmus ponat fasciviam: Clarius vero in judicium habet quarto loco, tertio immunditiam, sicut Arias impuritatem. Hieronymi textus etiam pratermittit adulterium, atq; impudicitiam: que loco illius videtur supposita in vulgata editione. Imo inferius etiam praterit homicidia. quare dumtaxat enumerat operum carnis quindecim nomina, et quorundam maliciam exaggerat ex numero; ait enim septimum locum contentio possidet quodam quasi sacramento, et eminenti inter vicia numero collocata. Sed cum non fuerit Apostoli animus omnia persequi, sed quaedam exempli gratia proponere, non magni refert, que sint numerata vocabula, que omisa, aut variata, modo constet sententia, et vera notitia eorum, que sunt proposita. Augustinus tredecim enumerat, omittit enim impudicitiam, luxuriam, et ante emulationes ponit animositates, tacet vero iras, et rixas atq; homicidia. Porro 2. Corinth. 12. 20. Gr. ὀχλοί animositates interpretate sunt à Vulgato, sic vero ira. Praterea ibi ἡριγένεια hic autem rixa ab eodem conuerse sunt.

Translatio
Campitani
Erasmii, Arg.
vij.
Scortatio
Protervia
Hieronymus

Numeri
cura Apusti

Augustinus

2. Corinth.

7.

Nec ordinis, aut numeri puto curam multam Apostolo incubuisse, et si nō puto Hieronymi maximi Doctoris despicendam ponderationem. qui scit manifesta, inquit, in exordio posuit, ne de medijs ambigamus; unde primo loco ponitur fornicatio. In eo autem fornicator maioris est criminis, quōd tollit membra Christi, et facit membra meretricis. Erunt quippe duo in carne vna, qui non est fidelis, nec credit in Christo, sua membra facit membra meretricis, qui credit, et fornicatur Christi membra facit membra meretricis. E contrario infidelis in fornicatione sua, utram violat, an edificet templum idoli, nescio. Per vicia quippe, vel maxime demones, coluntur. Hoc vnum scio, quōd qui post fidem Christi fornicatur, violat templum Dei, secundum opus carnis immunditia nuncupatur, et comes luxurie sequitur. quomodo enim in veteri lege de nepestandis criminibus, que in occulto fiunt, et ea nominare turpissimum est, generaliter scriptura complexa est, dicens: verecundos, vel reuerentes facite filios israel ab omni immunditia; sic in hoc loco ceteras extraordinarias voluptates, ipsarum quęq; opera nuptiarum, si non verecundia et cum bonestate, quasi sub oculis Dei, fiant, ut tantum liberi seruiatur, immunditiam, et luxuriam nominavit. Sęc omnia Hieronymus.

Ordinis, ac
ri, insit
Hieronymus

Crimen fornicationis exaggeratur, et expiatur.

8.

1. Cor. 6. 4. Fornicatio autem, et omnis immunditie, aut auaritia nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos. Non ergo sanctus potest appellari (ut ibi ait Hiero) quicumq; extra fornicationem in aliqua immunditia, et auaritia voluptatum, que se delectauerint, inuenitur. Auaritiam pro adulterio positam dixit supra Hieronymus, similiter in illo 1. Cor. 4. 19. qui desperantes semetipsos se tradiderunt impudicitie in operationem immunditie omnis, in auaritate. Erasmus verit cum auaritate. 1. Cor. 5. 5. Hoc enim scitote intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus non habet hereditatem in regno Christi, et Dei. Hic ad tria opera carnis videtur allatum, que sunt illa, que commemorat Hieronymus, sed pro luxuriose positus est auarus. Gręcè πλεονέχτης à verbo πλεονέχτω, id est possideo plus, seu circumuenio; quo verbo vsus est Apostolus. 1. Thes. 4. 6. Ne quis super

1. Cor. 6. 4.
Sanctus appellari
nequit immundus
deus.
Hieronymus

1. Cor. 4. 19.
Hieronymus

Carnis
opera.

1. Thes. 4. 6.
super



prediatur, neq[ue] circumueniat. (Hieronym. i. auarus defraudat. Græci πλεονέξην) in
negocio (i. in re uxoria) fratrem suum. Refertur ergo Soc verbum ad luxuriam in
his locis. vnde πλεονέξια i. auaritia non tam pecuniarum, tunc, quam voluptatum
superabundans cupiditas, quam quis non contentus suis, ac licitis metas supergredi
tur rationis, ac legum, alienis indians voluptatibus, hęc dicitur idolorum seruitus
propter Serasim Simonis, et eius scholam, qui suam ~~in~~ libidinem in honorem Dei uni
uersorum Patri offerebant. Proh scelus infandum!

Theoria s. De iisdem carnis quatuor operibus,
ijsq[ue] adiunctis vicijs, siue speciebus Luxuria.

Luxuria inter capitalia numeratur vicia, quippe quę caput sit, et origo multorum
peccatorum propter vehementem vim venereę voluptatis, ex illa proceduntium,
ac presertim horum octo, quę sequuntur. Cęcitas mentis, Inconsideratio, Pręcipita
tio, Inconstantia, Amor sui, Odium Dei, Affectus presentis sæculi, Horror, seu Des
peratio futuri. quę tradit D. Gregorius Moral. lib. 31. c. 31. et D. Thomas explicat
22. q. 154. art. 5.

Luxuria species primaria sex numerantur à Gratiano 36. quest. 1. cap. Sex illa
et S. Thomas 22. q. 154. art. 1. sunt verò Fornicatio simplex, Adulterium, Incestus, Stu
prum, Raptus, Vicium contra naturam. Ad has reduci possunt alię Luxuria etiam
species, ut sacrilegium, ad adulterium. Nam cum persona Deo sacra, ut pote voto
obstricta castitatis, violatur, adulterium spirituale committitur. similiter si in loco
sacro turpiter libi dinis fiat Christo, Ecclesię, atq[ue] animę illius personę ipsi dicatq[ue]
iniuria fit.

Mollities immundicia, impudicitia, Bestialitas, Sodomia, Monstrositas ad vicium
contra naturam reduci queunt. Cum etiam seu virgo, seu vidua dicata Christo ra
pitur, spirituales raptus dici potest.

Fornicatio. non potest dubitari quin sit peccatum mortale, tum ex hoc loco, tum
ex alijs scripturę sacrę. Tob. 4. 13. 1. Corin. 6. 9. 18. Ephe. 5. 3. 5. Heb. 13. 4. Apoc.
2. 8. excludere dicitur à regno celorum. contra Sane fidei conclusionem erravit
Nicolaitę Dammati. Apoc. 2. 15. item Gnostici secundum Epipha. Ser. 26. apud
gentes vulgo putabatur licita simplex fornicatio, quare nominatim damnata est
in Synodo Apostolica Hierosolymis celebrata Act. 15. 20. Non solum positius iura,
quod constat prescriptis testimonijs, sed etiam naturali prohiberi sentiunt cum D.
Thoma Caietano, et Nauarrus, totusq[ue] et alij communiter. Imo ipsa sacra testimo
nia id supponere cernuntur, si penitus considerentur, et sancti Patres sic abominan
dam, ac fugiendam censent, Ambrs. De Cain, et Abel. c. 5. Ideo ait Apostolus, inquit,
Fugite fornicationem, ut vel loci fuga tamquam furiosa Domine declinare se
uitiam, et tetra seruitio exire possimus.

Augustinus super Exodum q. 71. Fornicationem, quam dicit concubitum esse
non legitimum, prohibitam asserit sub illo precepto. Non męcaberis, sicut rapinã
sub illo, non furtum feceris. Si enim furti nomine bene intelligitur omnis illicita usur
patio rei alienę, non enim rapinam permisit, qui furtum prohibuit, sed utiq[ue] q[ui]
tę totum intelligi voluit, quicquid illicitę rerum proximi aufertur, profecto et nomine



Machis omnis illicitus concubitus, atq; illorum membrorum non legitimus usus pro
Sibatur.

14.

Idem Augustinus serm. 16. De verb. Domini pulchro argumenta ostendit suapte
ratione esse illicitam fornicationem, qua scilicet, in corpus suum quis peccat, quod
templum Dei est, 1. Corinth. 6. 18. 19. si eligeres, inquit, in ecclesia facere adulterium
intra istos parietes, quid te esset sceleratius? Modo autem tu es templum Dei, tem
plum intras, templum exis, templum in domo tua manes, templum surgis, vide quid
agas, vide ne offendas templi habitatorem, ne deseras te, et in ruinam vertaris.
S. Isidorus lib. 2. sentent. de sum. bon. cap. 39. inter cetera, inquit, septem vicia. S. Isidorus
fornicatio maximi est sceleris, quia per carnis immundiciam templum Dei violat
1. Corinth. 6. 19. Et tollens membrum Christi, faciam membrum meretricis. 1. Corint.
6. 15. iisdem argumentis usus est Hieronymus, ut retulimus supra, et Chrysostomus
Homil. 18. in 1. Corinth. 6.

Machis omnis
illicitus concubitus
Sensus.

Augustinus
Argumenta
contra concubitus
fornicationem
1. Corinth. 6. 19.

Templum Dei
lat fornicationem

1. Corinth. 6. 15
et 6. 16.

15.

Est itaq; fornicatio luxurie peccatum inter virum, et feminam, qui non sint
matrimonio coniuncti. excedit enim talis luxuria regulam rationis ~~recte~~ recte ex
parte finis actus veneris; non quia omnino impedit proles generationem, sed quoniam
am obstat recte eius educationi, quae scilicet operam requirit patris, ac matris, qui
inter se coniuncti sunt vinculo, ac iure matrimonij perpetuo. ex educatione enim
solum vita, institutio, boni mores, sed interdum aeterna salus pendet. quod circa ip
sa naturalis rationis lux indicat tantae necessitati proles, aliter minimè posse pro
videri, atq; adeò deforme esse, actuspe solutas personas ei rei, id est, generationi ope
ram dare.

Fornicatio
et car illicita

Educatio prole
requirit patris
ac matris
vinculo
coniuncti.

16.

Adulterium. Graece μορξία, committitur à duobus, quorum vel ambo alius, vel
alter conjugem habet. Valla, inrupta, inquit, proprie committitur propter partum
ex altero conceptum. unde dictum adulterium, quasi ad alterum intravit, vel se ad
tulerit, deformitas huius speciei luxuriae ex eo patet, quod fides conjugalis, sancti
tatisq; matrimonij, quae deberet ob stare, ex effrenata libidine violatur. Alieni thori
violatio propter impuram libidinis turpitudinem, iustitiam, quae est virtutum summa
num praecipua, non mediocriter laedit. quin etiam Franciscus Caroli Magni constitu
tio, crimen in adulterio sacrilegij agnoscit, quia scilicet benedictioni sponsalium
et sacramenta videatur iniuria inrogata inter fideles.

Adulterium

Valla
Adulterij et
mon.

Caroli magni
constitutio

17.

Incestus inveniuntiam violat propinquitatis (quae deberet ob stare luxuriae) siue
sunt sine sanguine, siue affinitate propinqua, in ijs videlicet gradibus, qui vel na
tura, vel positio iure sunt prohibiti, ut in materia de matrimonio late disseritur.
Leuit. 18. 7. Mater tua est, non reuelabis turpitudinem eius, ubi gradus consanguinita
tis à natura prohibitus, seu natura malus damnatus. 1. Corinth. 5. 1. De affinitatis
primo gradu sermo est. Omnino, inquit, Apostolus, auditur inter vos fornicatio, et
talis fornicatio, qualis nec inter gentes, ut uxorem patris sui aliquis habeat, et

Incestus

Propinquitatis
gradibus
sunt.

Leuit. 18. 7

1. Corinth. 5. 1

18.

Stuprum generalius apud Latinos sumitur siue pro adulterio, siue pro Sodomia
siue pro incestu, siue cuilibet feminae, etiam ancillae ablata vi. unde Cicero Iure.
Stupra dico, et corruptellas, et adulterias, incesta demig. A nostris theologis strictè
ponitur pro certa specie luxuriae, cum in eorum virginis aufertur alicui puellae

Stuprum
lati patet

Cicero

Stupra
dico



extra conjugij licentiam. est enim maximum detrimentum, aut ineptam, aut minus idoneam matrimonio reddidisse virginem feminam. fit non solum ipsi patienti iniuria, sed etiam parentibus, si eorum substat cura. et si verò ipsa sciens, volensq; violari passa sit, et si non est id propriè stuprum, sed potius fornicatio, ut probat Lasius cum Soto, et Nauarro, nihilominus parenti eius, qui de honestate est in filia, Difficilior q; sit ipsius elocatio, satisfieri. necesse est viri prudentis arbitrio, quòd æquum sit. Nam Damnum est id pecunia estimabile, si verò in vita, aut importunis precibus deuicta violata fuit, quòd propriè stuprum est, et grauissima iniuria, tunc et Dotare, et ducere uxorem, alijs q; penis iuris subiicere oportet et virginitatis violatorem; qua de restitutione vide Summistas, aut Theologos. De Sacre Disputantes.

Raptus peculiaris est Luxuriæ species propter violentiam, quæ inferitur personæ, quæ rapitur, et abducitur vel eius parenti, vel utriq; nec refert an raptasit virgo, an corrupta iuxta illud Symacis Papæ 36. quæst. 2. c. Raptores. Raptores, inquit, viduarum, vel virginum ob immanitatem tanti facinoris detestamur. Vide de Luxuria fugienda Digressionem infra Dot. V. 21.

De alijs operibus carnis Scholia in V. 20.

Idolorum seruitus. Erasmus, simulachrorum cultus. Arias, idololatria (Græcorum cabulo retento) propriè autem intelligitur secundum Hieronymum; alij opinantur, intelligendam auaritiã, quæ est simulachrorum seruitus. Col. 3. 5. vbi quæ sic opera, ibi membra appellantur, siue carnis, siue carnalis hominis. Mortificate, inquit, membra vestra, quæ sunt super terram (i. terrena, siue carnalia) Fornicationem, immundiciã, Libidinem, concupiscentiam malam, auaritiã, quæ est simulachrorum seruitus. vbi pro impudicitia libidinem, pro Luxuria concupiscentiam malam, pro idololatria auaritiã, videtur Apostolus posuisse. Ideo fortè S. Thomas Luxuriæ nomine intellexit, et exposuit impuras cogitationes, quòd existimavit Apostolum sic declarasse Luxuriã per concupiscentiam mala. Vtraq; enim quarto loco posita est. et confirmavit ex illo. 1. Timot. 5. 11. Cum Luxuriatq; fuerint in Christo, nubere volunt. quòd dictum conuenit in eas femellas, quæ voto obstrictæ castitatis, postquam impuris cogitationibus expugnatæ sunt, dicunt se velle impetrata voti dispensatione nubere in Christo. id est sine peccato viuant, ut Christi famulæ in sancto matrimonio. Verum Græci κατὰ σαρξ οὐκ ἔστιν ἡ ἀρετή Xριστοῦ aduersum Christum, et fidem illi promissam læsciuierint, quòd putatus Hieronymus tribuit abundantiq; quam habuerunt, ex qua Luxuria sepe generantur. q. d. Apostolus. vbi bene pastæ fuerint, ac saginatæ lasciuunt, et recalcitrant in Christi iniuriam, et repagulis fractis nubere volunt. Alludit ad Deut. 32. 18. Incrassatus est dilectus, et recalcitrauit. Dereliquit Deum etc.

Cur autem addatur Luxuriæ idololatria, causam subdit Hieronymus, quòd qui semel se luxuriæ, voluptatib; permiserit, non respicit creatorem. Alias autem omnis idololatria, festiuitate, gula, ventre, et his, quæ infra ventrem sunt, delectatur. Rom. 1. 24. in supplicium idololatriæ, tradidit Deus sapientes Suius sæculi in desideria cordis eorum (26) in passionem ignominie (28) in reprobum sensum

Soc est, permisit illos voluntati suae carnali, et sensui suo, ac sensualitati, quare hic po-
nitur Idololatria post passiones ignominiae, i. ignominiosas libidines, ut causa earum.
Hoc vitium vetatur. 1. Corinth. 10. 7. Neque idololatriam efficiamini. et Sap. 14. 27. In fan-
dorum enim idolorum cultura, omnis mali causa est, et initium, et finis. totum cap. 14. Sap. 14. 27.
De idololatria disserit.

22.

Veneficia, Graece καρμακία, numero singulari, ut reliqui interpretes Sabent. Fie-
ronimus. Ne forsitan veneficia, et malefica artes non viderentur in nouo prohibi-
te testamento, ipsae quoque inter opera carnis nominantur. Pertinent haec etiam ad
Luxuriam, et ad idolorum seruitutem. Veneficia enim, i. potiones confectae ad inter-
ficiendos, vel insanos reddendos homines Magia artibus, maleficis quoque procurantur,
Sagorum quoque carmina, siue cantiones Demone interueniente, et amari, et amare mise-
ros compellente Coniunctiones. Ergo haec vitia se inuicem nequunt; Luxuria enim
ita excacare solet mentis oculos, ut non vereantur, aliam valde sapientes, et vene-
ficia uti, et Demoni in seruitutem tradi, ut de quodam in vita S. Basilij Magni nar-
natur) et ne contristent suas delicias idolis in censum ponere, et templa edificare, =
quod Salomon fecisse traditum est, 3. Reg. 11. 7. in 1. Corinth. 10. Nolo vos fieri seruos
Demoniurum, et Apocalip. vbi foris canes, et venefici. A veneno veneficium dictu
Theophr. In incantationes reddidit. Seripandus Veneficia, ait, quibus necantur homi-
nes occulte, ex eodem lutulento fonte, quae sequuntur vitia solent deriuari, quae
men Charitati aduertantur maxime. Inter haec primas partem tenent inimicitiae.

23.

Inimicitiae, cui subiectae crimini sequantur, quem Sabent reatum, facile id potest
inducari. Haec tum sequuntur periculo sine, cum latente odio contra se ipsos inuicem exar-
descant animi. De his Hieronymus. quantum in nobis est nullius debemus esse inimi-
ci, sed cum omnibus pacem Sabere. Quod si loquentes veritatem aliquos mereamur
inimicos, non tam nos inimici eorum sumus, quam illi inimici sunt veritatis. Nanguis
et in Gen. 12. 13. dicitur ad Abraham, Inimicus ero inimicis tuis, et aduertabor aduertan-
tibus tibi. sicut dico intelligendum, non tam Abraham illis inimicum fuisse, quam il-
los Abrahae virtutibus, et religioni, per quam calcatis idolis, cognitum venerabatur
Deum. Illud quoque, quod populo praecipitur Israel, ut odio sempiterno, et in posteros
transmissa discordia, inimici sunt Madianis, quasi his dicitur, qui sub praedagogo erant,
et in alio loco merebantur audire, odio Sabebis inimicum tuum. Aut certe non tam
persecutorum, quam morum est facta discentio; ut quomodo Deus veritatem inter serpen-
tem, et mulierem inimicitias posuit, ne amicitiae eorum inutiles essent hominibus,
per quas proiectus est de paradiso. Ita et in Israelitis, et Madianis vita magis dissimi-
lis, quam gens una, damnata est. Inimicitias Lombardus intelligit persecutores.

24.

Contentiones. Erasmus, lis. item Seripandus, et addit de litibus loquitur, de qui-
bus. 1. Corinth. 6. 7. Iam quidem omnino delictum est in vobis, quod iudicia habe-
tis inter vos. quare non magis iniuriam accipitis. quare non magis fraudem pra-
timini. Syr. iurgium. Graece εἰς. de numero non est anxie curandum. Pleraque
enim Syriaca verbo ponit in singulari, quae vulgata habet pluraliter. Contentio
vero lis quaedam est, ac iurgium. Hispana Porfia. Tunc mortale peccatum est,
cum suscipitur, aut exercetur, contra veritatem, animo eam impugnandi: saltem



in re graui, et non exigui momenti negocio, vel fidei, ac morum disputatione, et tractatione, habet annexam clamoris confidentiam, vel circumstantiam scandali, quod per se peccatum est graue, cum ex contentione resultat, etiam quando illa alias non esset esse, id est, ob impugnationem veritatis peccatum. Non est autem cum discendi gratia, aut inspicendi ingenium, profectum uel alterius, aut disputando moderati contenditur, ne tamen sine acrimonia, et vocis firmitate, opponitur autem contentio paci, quæ est Charitatis effectus, quia sublata cum proximo dissidemus. Dissidere autem in veritate, quæ maximum bonum est, graue peccatum est, ut patet non solum hoc loco, sed Rom. 1. 29. et 1. Corinth. 11. et Luc. 11. 14. 15. 16. qui locus valde notandus, et ponderare suo expendendus. Quod si zelum, inquit S. Iacobus, amarum habetis, et contentiones sunt in cordibus vestris, nolite gloriari, et mendaces esse aduersus veritatem; non est ista sapientia desursum descendens, sed terrena, animalis, diabolica, ubi enim zelus est, et contentio, ibi inconstantia, et omne opus prauum. Est non minus ad rem ille locus 2. Timot. 2. 23. 24. 25. stultas autem et sine disciplina questiones de vita, sciens, quia generant lites, seruum autem domini non oportet litigare (contendere) sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patientem, cum modestia corripientem eos, qui resistunt veritati. et eodem cap. 2. 14. Noli contendere verbis, ad nihil enim utile est, nisi ad subuersionem audientium. qui forte scandalo offenduntur, uel partium studia sequuntur, et factiones alunt. Contendere verbis, Græcè est λογομαχία, unde λογομαχίας. Verborum pugnas. 1. Timot. 6. 4. qui non acquiescit ei, quæ secundum pietatem est doctrinæ, superbus est, nihil sciens, sed languens (mentis scilicet) circa questiones, et pugnas verborum, ex quibus oriuntur inuidiæ, contentiones etc. Rom. 2. 8. ij autem, qui sunt ex contentione, et qui non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati, ira, et indignatio. Vbi Theophylact. Contentio, inquit, id est, altercandi studium, est quidam mentis sine ratione excessus. Contentio, et litigium contradicendi causa fiunt, sed hoc opponitur affabilitati, dum non vereris alterum contristare, illa verò charitati aduersatur, quatenus discordiam gignit, uel gignitur ex discordia. Litigio si sunt discoli, qui facile contradicunt, nulla sabita persone ratione loquentis; contentiosi ex odio, uel defectu amoris contradicunt. sed ut scriptum est Prover. 20. 3. Honor est homini, qui se separat à contentione; omnes autem stulti miscentur contumelijs.

Aemulationes, Græcè ζήλοι. Hispanè Zelos. Ambros. simulationes hic legit. Certè aemulatio eiusdem rei affectatio est, ex alterius imitatione, uelut exorta; cum dolore animi esse solet; imo cum conuicio aliquando pungente competitorum, seu riualem ut Lyra inquit. cum enim duo eandem rem ambiunt, quam unus dumtaxat habere potest, oritur zelus, et aemulatio, seu studium præcipiendi; quod si videas aemulum propinquorem, verbis laceras; si tandem ille euincat, tu doloris egritudinem contrahas. Hieronymus vix quemq; hoc malo carere ait, quod Græco vocabulo notius est. Zelati sunt enim, inquit, et

Patriarcha Iosaphum fratrem suum, et Maria, et Aaron prophetae Dei, et sacerdos
 tali passione recepti sunt, in tantum ut illa de qua scriptura narrauerit, dicens: *Tol-*
lens autem Maria prophetae tympanum, et postea extra castra proiecta se pro vicio
sordidata sit, et penitentiam longiorem septem dierum separatione significarit. =
 Theophylactus emulationis interpretatur *velothypias* cum solas aliquid obtine
 re ardet, alijs minime fauet.

26.

Ira. Graeci *ὀργή*. August. animositates. Per iram iniusta vindicta interdi-
 tur, vel si iusta a deo immoderata, ut dilectio Dei, vel proximi post se beatur. Siue
 opponitur mansuetudo. sex numerantur ira filiae, secundum Gregor. 31. Moral. c.
 31. Indignatio in pectore aduersus indignum, qui te ledere. mentis tumor in vin-
dicta erumpens cogitatum. In ore clamor, seu vociferatio, inde contra Deum blas-
 phemia, contra hominem contumelia, ad extremum Rixa, cum ad manus, armaue
 descendis. De his D. Thom. 2. 2. q. 58. art. 7. Videtur has species indicasse Apostolus
1. Cor. 13. Omnis amaritudo, et ira, et indignatio, et clamor, et blasphemia tollatur
a vobis cum omni malitia. Describit irascentem S. Gregorius Papa lib. 5. Moral. sic
Ira sua stimulis accensum cor palpitat, corpus tremit, lingua se praepedit, facies ig-
nescit, exasperantur oculi, et nequaquam recognoscuntur noti, ore quidem clamori
format, sed sensus quid loquitur ignorat. ὀργή 1. ~~ira~~ animus, siue animi confi-
 dentia, ea pars est animi, quam Plato ponit in precordijs, rationi, quae sit in cerebro, obs-
 tuperentem. Porro non significat absolute iram, sed perturbationem illam, quando san-
 guis circa cor incipit ebullire (*ὀργή* vero est iam magis adulta *ὀργή* quae iam cu-
 pit erumpere in vindictam) ὀργή ἀπὸ τοῦ θυμοῦ, quod aliquando furor significat. Unde
ira furor brevis est, ut dixit Floratius, et iam verum est in Prouerbio. Adhuc
verò, qui nisi parat, imperat. Ira dicta, quia a se it homo, qui irascitur, et furit. In
 de ad se redire dicitur, cum pacatur. Hieronymus Ira, inquit, quae iustitiam Dei
non operatur, et species est furoris. Inter iracundiam, et iram hoc interest, quod ira
 cundus semper irascitur, iratus pro tempore concitatur. et nescio quis possit reg-
 num Dei possidere, cum is, qui irascitur separatur a regno. Seneca, ira, quo dis-
 tet ab iracundia, apparet, quo scilicet ebrius ab ebrioso, timens a timido. Cicero
 de orat. iracundia cupiditas puniendi doloris. et Iuse. 1. est vis cendi libido. Te-
 rent. in Adelpis. Me miserum vix sum compos animi, ita ardeo iracundia. Dona-
 tus; ira de causa est, iracundia de vicio multum irascentis. iram appellat Lom-
 bardus subitam tempestatem animi. Prou. 27. 4. ira non habet misericordiam, neque
erumpens furor; et impetum concitati ferre quis poterit? q. d. Non magis misericor-
 dia capax est, qui iracundia concitatus, et a furor subito correptus: furore exardescit
 in alios, quam repentina grandinis tempestat cum fragore erumpens in nubibus, et
 obuia cuncta sine discrimine populatur.

Irae epitheta de castico comprehensa

Ira effrenis equus, mentis furor, ignis, Erynnis.

Dira, Lupusque rapax, Aper, Basiliscus, Hyerina.

Impatiens Apis, rabidus canis, Hydra renascens.

Bellua atrox, populans fera, scorpius ater.



Immitis Tigris, Draco penniger, orba Leena.
 Versus inhumanus, surda Aspis, Mantichora sœua.
 Humani generis pestis, virus q̄ Tyrannus.
 Bestia mente carens, furibunda insania, Demon.
 Tantillo spargens infernas tempore flammâs.
 Monstrum immane, fev̄ox, Horrendum, durius Omen.

Rixa. Græcè ἐριθία, Erasmus, concertationes. Hieronymus, et autem ἐριθία

27.

ingit, cum quis semper ad contradicendum paratus, stomacho delectatur alie
 no, et muliebri iurgio contendit, et prouocat contendentem. Hæc alio nomine
 apud Græcos φιλονεικία appellatur, Sane interpretatur Lexicon contentionem
 Μαχίη significat rixam, siue pugnam, sed significantius dicta est Soc loco,
 ἐριθία scripandus, verborum concertationem appellat, in quo videtur confor
 mis Hieronymo. Causa rixæ proxima ira ponitur à D. Gregorio 3. Moral. 31.
 et D. Thoma 2. 2. q. 41. Patet ex illo Prou. 17. Vir iracundus prouocat rixas. Cau
 se remota indicantur alijs scripturæ sacræ locis, vel etiam occasionales, vt Jac.
 4. 1. Unde bella, et lites in vobis? nonne ex concupiscentijs, quæ militant in
 membris vobris? Prou. 10. et 28. et 18. et 17. Odium suscitât rixas. Prou. 28. qui se
 iactat, et dilatat, iurgia concitat. Prou. 18. Labia stulti immiscent serixis. —
 Prou. 17. qui meditatur discordias, diligit rixas. Differt Soc vicium à vicio
 contentionis supra descripto, quod non est Soc concertatio contra veritatem, sed
 latius extenditur ad quamlibet pugnam, vel cum armis, vel absq̄ illis manibus,
 aut verbis initam. S. Thom. Rixam (quæ à ringo, quod canum est proprium
 deducitur) contradictionem in factis habere, ait, et ex vindicta inferre malum
 aperte, et sentienti, et repugnanti; in quo differt ab odio, quod vel clam, vel pa
 lam nocumentum infert. fit autem rixa inter paucos, interdum inter unum, et al
 terum. Bellum verò non nisi inter multos, et extraneos, atq̄ ex publica auctoritate.
 Seditio tamen, quæ tumultus pugne prius etiam complectitur, inter partes uni
 us multitudinis esse solet. Hanc nomine Dissensionis videtur Apostolus notasse,
 quam Hieronymus discordiam interpretatur; quæ semper contingit inter domesti
 cos, coniuges, parentes, filios, fratres, conseruos, et interq̄ contubernales, commu
 nitonas siue eiusdem operis artifices. vnde sequitur.

Dissensiones Syr. Dissidia. Erasm. seditiones. Græcè διχογαβία qualem.

28.

1. Corinth. 1. 12. et 9. A. reprehendit Apostolus Imperfectorum dicentium eodem sen
 su, et sententia. ego sum Pauli, et ego Apollô, et ego Cephe, et ego Christi. Seditio
 quasi seorsum itio. Tollit bonum (quod magnum est) ciuitatis, ac populi. 1. Ce
 tus Somnium C. vt diffinit August. De ciuit. Dei lib. 2. c. 21. et lib. 19. c. 21) iuris
 consensu, et utilitatis communionem sociati. Est verò dissensio spiritalis, ex sine
 prouo tumultu, quam appellamus schisma, quando scilicet, fit separatio, vel
 secessio à capite, et membris ecclesie. quæ quidem si eo progredatur, vt noua in
 religione eligat dogmata, quod ideo facit schismaticus, vt causam suo vicio, saltem
 fructatam pretendat, iam tunc ab schismate transit in heresim. vnde subditur. 13.
Seces. Græcè ἀίσθησις, Hereses, quæ ab electione dictæ apud Græcos ἀισθησις siue



ἀγείρω, elige, placeo, sector. quoties quis suam opinionem eligit, ut eam sequatur, fidei verae catholice Romane aspernatus regulas, heresim facit; et licet ab ecclesia non discesserit, quisquis aliter scripturam sacram intelligit, quam spiritus sancti flagitat sensus, à quo inspirata est, hereticus appellatur; peiora quippe eligens carnis sapientiam sequitur, quae inimica est Deo. Rom. 8. 7. Scribandus, seditio aperta est, inquit, multitudinis dissensio, seu turba; secta paucorum est à communi disciplina, et institutione secessio. Apud Græcos Athenis quatuor olim philosophorum ἀρεταί, i. sectæ fuerunt, imprimis nobiles; Academica, Peripatetica, Stoica, Epicurea, ad quas reliquæ omnes à Laërtio commemoratae reduci debent. sed tunc hoc vocabulum non in malam partem sonare solebat, sicut nunc in ecclesia oecumenica sonat.

Scholium in V. 21.

29

Invidia est tristitia, seu dolor de bono proximi, quod estimatur propriam ipsius invidentis gloriam obscurare, aut minuere excellentiam. Talis erat Saulis Regis invidentis Davidi cum arebat 1. Reg. 18. Dederunt David decem milia, mihi autem mille dederunt. Bonum Davidis suum malum estimabat, quasi suam obscurans, minuensque gloriam.

Theoria circa invidia vicium.

Quomodo invidia ab alijs affectibus tristitiæ distinguatur?

29

Tristitia autem de bono alieno, quod estimatur perniciem allaturum non invidia, sed timor est, ut docet Arist. 2. Rhet. 9. De hoc Gregor. Moral. 22. c. 11. venire plerumque solet, ut non amissa charitate, et inimici nosquina latificet, et rursus eius gloria sine invidia culpa contristet: cum et ruente eo, quosdam bene erigi credimus, et proficiente illo plerumque iniuste opprimi formidamus. Item tristitia de bono alterius, quod scilicet mihi illud abest, non dicitur invidia, sed potius zelus, et emulatio. Aristot. ibidem. Scrip. Invidentia, inquit, agritudo est animi de alterius rebus secundis. Emulatio ex eo quod alius re potitur, quam ipse concupieris. que secundum dictam doctrinam accipe. sed id nota, invidiam semper in malo esse. Emulationem interdum in bono, cum nitimur meliora emulari, ut dictum est supra cap. 4. 18. Heronymus, habeat, inquit, socias, cum quibus discat, quibus inuideat (i. emuletur) quarum laudibus mordeatur. Propterea tristitia de bono alterius illo indigni, non invidia, sed nemesis, i. indignatio appellatur, ex eodem Arist. Valentin. August. Sic contra invidia, inquit, dolor animi est, cum indignus videtur aliquid assequi etiam quod tu non appetebas. Ps. 36. v. Noli emulari (i. tritari) in malignantibus, neque zelaueris (i. indignanter tuleris) facientes iniquitatem. Ps. 72. Zelavi super iniquos, pacem peccatorum videns. Prohibetur indignatio contra Dei dispositionem, qui distribuit bona temporalia, que relata ad æterna, sunt nihil.

30.

Sed vero odium non de malo ut proprio, sicut tristitia, sed circa malum absolute est, in quo differt ab invidia, et alijs, quos prescripsi affectibus. quærit ait Plutarchus lib. de differ. Odij, et invidiæ: Nemo misero invidet, odio autem qui habetur, et in extrema calamitate habetur. cum calamitas non faciat



662
88

minus malum. Aristot. 2. Rhet. 9. dicta confirmans; Invidiam, inquit, esse dolo-
rem perturbantem propter res secundas, sed non indigni, verum equalis, atq[ue]
similis. oportet autem ne quid ipsi (invidenti) accidat aliud, sed propter ipsu[m]
proximum & qualiter omnibus inesse. Proximum neutraliter positum, non personam,
sed potius qualitatem indicat, qua putatur ex comparatione minui excellen-
tia propria ex alterius bono, quo vel appropinquat, vel similis, aut equalis, =
vel certe non inferior existat. Ergo. Non oritur invidentia nisi ex ea existi-
matione, quod bonum alterius minuit propriam gloriam, non tantum cum
precedit, sed etiam cum adaequat, vel appropinquat. ex eodem Aristot. Caiet.
et Valentia annuentibus supra 2. 2. Confirmatur ex August. in Gen. ad
lit. lib. 11. cap. 14. Amando quisquam (ait) excellentiam suam, vel paribus
invidet, quod ei coequentur, vel inferioribus ne sibi coequentur, vel superiori-
bus, quod eis non coequetur. Unde Lucanus.

Stimulos dedit amula virtus
Nec quemquam iam ferre potest, Caesarue priorem.
Pomperiusue parem.

In excessu autem alieni boni magis apparet invidie ratio; quod videtur sequi
Ius. 5. Thomas, et S. Gregorius 5. Moral. 39. super illud Job. 5. Parvulum oc-
cidit invidia. Invidere, inquit, non possumus nisi eis, quos nobis in aliqua
meliores putamus. Parvulus ergo est, qui livore occiditur, quia ipse sibi tes-
timonium perhibet, quod eo minor sit, cuius invidia tangetur. Minorem in-
telligit non absolute, sed quatenus eius obscuratur, seu minuitur gloria per gloriam
alterius siue excedat, siue adaequet, siue proprius accedat, ut dixit S. Augustinus supra.
1. Ioan. 3. 12. Propterea, inquit, Cain occidit fratrem suum, quia opera eius maligna
erant, fratris autem eius iusta. S. Gregorius Nisenus in vita Mos. Invidus felicitate
aliorum dolet, calamitatibus gaudet. Similes ergo facit miluis, quos cadaueribus pas-
ci, et preciosis unguentis emori, aiunt. S. Chrysostomus Som. 44. ad Populam Antio-
chenum. Doles, inquit, Somo proximi bonis? Dolere nos oportebat ijs, qui peccantur, ma-
lis, non bonis, in quibus alios probabiles haberi videmus. Propterea omni venia ca-
ret istud peccatum. S. Isidorus 3. de summo bono cap. 25. nulla est virtus, que non da-
beat contrarium invidie malum, sola miseria caret invidia.]

Plutarchus de Differentia inter odium, et Invidiam. Homines, inquit, his ma-
ximè invident, quos ad virtutem rectiore tramite prodeuntes intuentur. quocirca
Themistocles cum adhuc esset adolescens, nihil splendidum à se fieri dicebat: neminem
enim se adhuc invidum habere. etenim quem admodum Cantharides letivioribus frumen-
tis, et viridioribus rasis maximè innascuntur, ita invidia eos precipuè tangit, qui boni
sunt, quiq[ue] ad virtutem gloriamq[ue] grassari valentur. lux ergo maximum virtutis
testimonium invidia existimatur à sapientibus, quippe ea, non nisi virtutem insecta-
tur. contra verò nullius vel exigue virtutis indicium, invidum non habere. quare sci-
te Martialis.

Qui ducis vultus, et non legis ista libenter
Omnibus invidias, invidie, nemotis.



31

32

§. 2. Quibus invidetur, et qui invident.

Aristoteles lib. 2. Rheto. cap. 10. qui proximi, inquit, sunt tempore, loco, et aetate, gloria, ijs invidant; videtur illud dictum est. Propinquitas invidere solet.

(Ovidius. Fertilior seges alieno semper in agro est.
Vicinumq; pecus grandius vber habet.)

Et quibuscumq; de honore contendunt, contemunt, aut quibuscum diximus. Cum ijs, qui ante mille annos fuerunt, et cum mortuis nemo contendit, neq; cum ijs, qui apud colunas Herculis habitant. nempe in finibus terrar; ob hanc causam ait Ovidius.

Ovidius. Scripta placent à morte fere, quia ledere viuos
liuor, et inuiso corpore dente solet.

Iterum. Pascitur in uinis liuor, post fata quiescit.
Iunc suas ex merito quemq; tuetur Senos.

Horatius. Clarus post genitis, quatenus, seu nefas.
Virtutem incolumem odimus,
Sublatam ex oculis querimus inuidi.

Non igitur inter eos, qui multum conditione à se distant, existat inuidia, sed inter proximos, et riuales svt ait Arist. cit. supra) et inter eos, qui eadem cupiunt, et intendunt, ut dictum est (inquit) Figulus figulo inuidet, faber fabro. Procliuiores vero ad inuidendum, ceteris paribus, eos ait, qui in aliqua re valde sonderantur, ac maxime in sapientia, et felicitate, et maxima gerentur, et feliciter. cum putent sua ab omnibus auferri. quia si ipsorum sit gloria solum, ac nullus preterea. similiter et pusillanimes facile mouentur inuidia. quoniam eis (inquit Philosophus) magna omnia videntur. cum quo consonat illud Job. 5. 2. Paruum occidit inuidia. Contra vero ut ait Silius Ital. Magnanima inuidia virtus caret. Petrarcha, omnibus ex vicijs nullum pigrius inuidia, altos in animos non ascendit. si ergo inuidus, et pusillanimis sit, oportet. Tandem maliciosi, et senes inuidere solent, quibus scilicet, propter imbecillitatem ea non suppetunt, quae aliquando sabuerunt, quae alijs supersunt abunde. Atq; vniuersaliter, qui ex re aliqua gloriam querunt, de illa sunt inuidi. vide plura apud Aristot. loco citato. De grauitate criminis Suius, deq; remedijs Suius contagij. vide Valenciam tom. 3. Disp. 3. q. 13. p. 2. 3. vide etiam nostram concianem Feria. 6. Post. 9. Passionis.

§. 3. De inuidie peccati grauitate, et perniciosis effectibus

quanta sit grauitas peccati inuidie satis constat ex hoc loco, ubi computatur inter ea, quae hereditate priuant regni caelorum. similiter Rom. 1. 29. annumerantur ijs, quae ex reprobo sensu oriuntur, et hic iterum V. 26. Damnantur inuicem inuidentes. Certè ex genere suo, mortale solet esse, ut iudicat. s. Thomas 2. 2. q. 36. art. 2. et 3. Cyprinus in sermone de zelo, et liuore. quale (inquit) malum est, fratres, quo Angelus cecidit, quo circumueniri, et subuersti alia illa, et preclara sublimitas potuit, quo decipitur est is, qui decipit. Basilus Bom. 11. Fugiamus ergo fratres intolerabile malum: Serpentis vobis, preceptum, diaboli inuentum, inimici saty, punitionis. arripito, preteritis impedimentum, via ad gehennam, regni caelorum priuatio. nam et ipso fatentis ore hoc vicium inuidie, aspectus illis est aridus, et obscurus, genere submissis, supercilium permissum, anima ipso morbo suffusa, prudentiam in dignosconda veritate, ac

33



rebus

rebus agendis minimè Sabens etc. S. Gregorius Magnus lib. 5. Moral. cap. 24. quia
 vis per omne vicium, quod perpetratur, humano cordi antiqui hostis virus infunditur
 in hac tamen nequitia (inuidiæ) tota sua viscera serpens concutit, et imprimendæ
 malitiæ pestem vomit.

Opponitur enim ex aduerso inuidia charitati virtutum reginæ, et quatenus
 de bono tristatur proximi, de quo gaudet charitas, et quatenus insultat illius mise-
 ria, cuius charitas miseratur. Nec solum ex praua radice, superbia scilicet, et
 inanis gloriæ cupiditate originem ducit (vt ait August. in Gen. ad lit. lib. 11. cap. 14)
 verum ex se viperinam gignit sobolem, odium, susurrationem, detractionem, in-
 sultationem de miseria, amaritudinem de prospero aduentu alterius. Grego-
 rius Nisenus in lib. vita Moysis; Inuidia malorum princeps, mortis mater (sap. 22)
 prima peccati ianua, viciorum radix etc. Chrysost. ad Populum Antiochenum, Ser-
 45. Fugis queso vicij pestem fugiamus, omnium enim viciorum hoc est pernicio-
 sissimum. et addit, sicut vermis de ligno nascens ipsum prius absumit, sic et in-
 uidia illam prius, quæ se peperit, animam corrumpit. Hieronymus hoc loco pulchre
 quidam de Neoteriis Græcum versum transferens elegiaco metro de inuidia luit dicens:

Iustius inuidia nihil est, quæ protinus ipsum
 auctorem rodit, exeruciatque animam.

Augustinus serm. 80. de tempore; sicut erugo (inquit) ferrum, ita inuidia illam ipsam
 animam, in qua est, interimit, et consumit, et sicut aiunt viperas dilacerato, et disrupto
 illo ipso materno utero, in quo conceptæ sunt, nasci, ita et inuidia natura illam ipsam
 animam, à qua concepta est, consumit, et perdit. Qualis hæc animæ tinca est? quæ ca-
 gitationum tabes pectoris celare in somine donum Dei? etc.

§. 4. quam difficile curatur hoc vicium, et de remedijs eius.

De difficultate curationis huius vicij audi Cassianum Coll. 18. c. vlt. cum, quam inuidia
 semel venerit sui peste corrupterit, pene dixerim carere remedio. ipsa namque est lues, de qua
 figuratè dicitur per Prophetam Jerem. 8. 17. ecce ego mittam ad vos serpentes regu-
 los, quibus non est incantatio, et mordebunt vos etc. sicut enim diabolus, qui primus
 eiusdem mali peste corruptus est, nec medelam penitentis, nec fomentum ullius cura-
 tionis admisit, ita et ij, qui ipsidem se percutiendos morsibus tradi desunt opem omnè
 sancti incantatoris excludunt, quia cum utiq; non culpis aliorum qui buslibet, sed pro-
 priate crucientur, erubescunt ipsam prodere veritatem extrinsecus sibi quorundam
 superfluas, et ineptas causas offensionis inquirunt, quare quia omnimodis falsæ sūt
 vana curatio est, cum illud mortiferum virus, quod nolunt prodere, lateat in medul-
 lis. et infra. quæ propter notum quicquid in nobis viuendum est, et quasi vitale, sic
 tæ spiritus vegetatione animatur, mo tanto huius mali morsu basiliscus interimat,
 diuinum, cui nihil impossibile est, iugiter imploremus auxilium. Cyprianus serm. de
 zelo, et timore; calamitas, inquit, sine remedio est adesse felicem; sed nihil Deo impas-
 sibile.

Tria considerari possunt, quæ huius veneno presentissimo medicinam afferre pos-
 sunt. 1^o quam perniciosa, et exitialis sit hæc perturbatio suo auctori, quam minimum
 noceat alijs. Vipera est, quæ pariendo rumpitur. Perniciosa intus incussa est, solatia



nulla subueniunt. Cyprianus cit. supra. 2. quam inania sunt omnia, quae in hoc mundo gloriosi homines ambiunt, quam peritura omnis seculi gloria, quamque inestimabilis illa, quae expectatur in caelo. quid itaque pro inani gloria mutabis immortalem, immarcescibilem, et sempiternam gloriam? Ah Demens, et ignominia dignius sempiterna. Praclare Magnus Gregorius s. lib. Moral. c. 34. qui lucris peste plene carere desiderat, illam hereditatem diligit, quam coheredum numerus non angustat, quae et omnibus una est, et singulis tota; quae tanto largior esse ostenditur, quanto ad sanos percipientium multitudo dilatatur. Haec attenta contemplatio magnanimum reddebat, ut minimè tamquam paruulum occidat inuidia. lib. 5. c. 2. ubi idem Gregorius ait; Magnus est, qui eterna, et magna concupiscit, paruulus autem, qui terrena, cum ea omnia sint exigua. et Basilii ubi supra; qui ita fuerit animatus, ut nihil humanum admiretur, huic proculdubio dominari inuidia nullo modo poterit.

Praclare Gregorius.

Gregorius c. 2.

lib. 5. c. 2. Gregorius.

Basilii.

37.

Homicidia. quam graue crimen sit homicidium vix paucis explicari potest, pens, quibus subiectus est homicida, aliqua ex parte indicant, de quibus alias. Sic Dissensiones, inquit, cum incipiunt parua, cum firmatae sunt, sectae, in animo inuidiae, in facto homicidia. Graece φόνος Frasmus, Cædes. ex supra dictis omnibus cum acrius exardescunt, oriuntur.

Homicidia φόνος

Frasmus.

38.

Ebrietates, s. vini immodicus potus, quo rationis usus impeditur. cui enim sciens volensque se inebriat, periculo multorum, magnorumque se exponit scelerum. excusabitur verò à peccato in ebrietate patrato, cum ab ipso culpa ebrius factus fuerit, ut Noe qui vim ignorabat temari; et fortè Lotus cum à filiabus inebriatus est. Tota autem malitia, grauitasque flagitij accidentis in ebrietate ex ipsa ebrietatis culpa expendenda est. vide s. Thom. 2. 2. q. 150. Graece ΜΕΘΗ, Syr. temulantia. De hoc vicio sic Hieronymus; vino hominis sensus evertitur, pedes corruunt, mens vacillat, libido succenditur. vnde Apostolus clamat, et vinum in quo est luxuria, et Dominus Luc. 21. 34. Attendite autem vobis, ne forte grauentur corda vestra in crapula, et ebrietate. Ose 4. 11. Fornicatio, et vinum, et ebrietas auferunt cor. Eccl. 19. 1. Operarius ebriosus non locupletabitur. iterum Hieronymus, ebrietas tam ex vino, quam ex ceteris bibendi generibus, quae vario modo conficiuntur, potest accidere. ex quo et de sancto dicitur Ioanne; vinum, et siceram non bibet. sicera interpretatur ebrietas, et nequis vinum non bibens, aliud sibi putaret bibendum, exclusa causatio est, cum omne quod inebriare potest, cum vino pariter auferatur. Haecenus s. Doctor. qui etiam illud obiter, et licet me, quidam in eo libro, quem de seruanda virginitate scripsi, reprehendendum putant, quod docuerim adolescentulas, ita vinum debere fugere, ut venenum, non me sententia peccet. opus enim magis vini, quam Dei à nobis creatura damnata est. et licentiam tulimus virgini proprio etatis calore feruenti, ne sub occasione parum bibendi, plus biberet, et periret. Pulchrè de ebrio dictum ab oratore non ignobili; nec dormire excitatus, nec vigilare ebrius poterat.

Ebrietates Μεθη.

Noe Loti.

s. Thomas.

Hieronymus.

Luc. 21. 34.

Ose 4. 11.

Eccl. 19. 1.

s. Ioanne.

Luc. 1. 1.

Virgini ad d. ad h. c.

scitè p.

39.

Comessationes, quae excessum in cibis capiendis continent, tunc mortalis induit criminis rationem, cum propter esum diuina, seu ecclesiasticae praecepta violantur, contemnuntur ue. id autem quinq; modis praecipue contingit, si nempe

cibus

cibos capias cum subiectis circumstantijs. Præproperè, Lautè, nimis ardentè, studiosè. quas explicat D. Thomas 2. 2. q. 148. art. 4. secundum doctrinam Sanctorum Grego-
rij 32. Moral. 27. Isidori q. solent hæc speciem fere variare ratione substantiæ, qua-
litatis, quantitatis, modi, et temporis, ut si quis tempore quadragesimali comedat car-
nes, aut pisces humanis carnibus saginatos (ut Avotus quidam) aut deo multum vo-
ret, ut sibi periculum creet interitus, aut tam voraciter se ingurgitet, ut ægritudinem
certam, ac gravem incurrat, aut ante debitam horam die, quo ieiunium servare tene-
tur. Verum Gula in cibis ex occasione alterius adiuventi criminis accidit, ut sit morta-
le peccatum. Sunt verò quinque vicia, quæ velut ex iniqua parente filij existunt,
iniquiores, ex Gula. 1. Hebetudo sensus, ex nimij cibi fumosis vaporibus adueniens, atq[ue]
intelligentiæ aciem retundens. 2. Inepta lætitia, qua velut rationis supito guber-
naculo post lautam comessionem in appetitu consurgit. 3. Multiloquium in ore.
4. Non in ore solum, sed et in omnibus fere corporis motibus, gestibusq[ue] scurrilitas.
5. minus decens iocandi libertas, siue stulta iocularitas. 6. Deniq[ue] immunditia
in corpore toto, aut in fonte potissimum cæmoso totius impuritatis.

Theoria circa vicium comessionum.

Comessiones, Græcè **ΧΩΜΟΣ**, Syr. *Lasciue cantiones*, quæ scilicet luxuriosi conui-
uij comites esse solent, quale describitur Amos 6. 4. 5. 6. *Libriantium cantiones*, cum
iurgio, et contumelijs decantata, ait Caietanus. Theophylactus **ΧΩΜΟΣ** est, inquit,
temulentorum, ebriorumq[ue] contumeliosa cantilena. Calepinus comessiones inter-
pretatur nocturna conuiuia post cenam, et alia intempestina; Comessa bundus, id est,
ΧΩΜΑΓΗΣ Alexandri Magni exercitus dictus à Curtio, quasi indulgens præter modum
prodigijs opulis. Aristoteles 2. Polit. Comessiones Phiditia nominant Sacedemo-
nij, apud quos unusquisq[ue] conferre sabet, et si sunt pauperrimi. qui verò comessa-
tionum esse participes nequeunt, si ad rei publicæ gubernationem non admittun-
tur. et quidem **ΧΩΜΑΖΕΙΝ** petulanter agere, lasciuæ saltare, et cantare signifi-
cat, et **ΧΩΜΟΣ** Bacchanalium comessatio. Vanquetæ de carnes tollendis, i. *Librie-
tatis, et intemperantiæ festiuitas, libidinis plena, et procacitatis.* Graphice descri-
bit orator *Romane rei publicæ consul in Catilinam.* Eiusmodi delicias conuiuij He-
rodus, opinor, regis tale fuisse in die suo natali, cum precium saltationis lasciuæ
factum est caput sanctissimi præcursoris. Inuehitur Sic religiosus Pater Aloysius
Legionensis in petulantiam Saltatricum. Hincq[ue] arguendas putat lasciuas spec-
taculorum actiones, in theatri præsertim, ubi femina, non impudicis modò verbis,
sed gestu petulantiore, et motu procacitate, aspectusq[ue] intemperantis veneno, pu-
ros inficiunt animos, et sensim ducunt, imo violenter rapiunt imbelles, et non repug-
nantes ad interitum. Quæ sanè spectacula, non graues, religiosiq[ue] viri (qui in
eius modi patrocinij, nec graues, nec religiosi esse possunt, imo nec viri dicendi)
sed leues oculi, ignariq[ue] iuuenuli, dum non sine iniuria Christianæ rei publicæ
suo patrocinio tuentur, atq[ue] defendunt, Dei regni hereditate, et iure mulctandi.
Non dissimilem comessionem puto illam in deserto, ut narratur Exod. 32. 6. *Cum
populus sedit manducare, et bibere, et surrexerunt ludere, i. impudicè saltare,
et canere ante vitulum, quem ita colerent, similem etiam crede conuiuium illud*

40.



Num. 25. 2. 3. Cum filii Moab vocauerunt Israelitas ad sacrificia sua, at illi comēderunt, et adorauerunt Deos earum, initiatus est Iridel Beelphegor quod immane scelus, atq; enorme flagitium non modo principum, sed promiscue multitudinis ad viginti quatuor millia, suspendio, et eade vindicatum est. Sic conuuls apte apponitur, quod Sic addit Hieronymus, semper ebrietati iuncta est luxuria.

41.

quamquam s. Hieronymus asserat solum fuisse quindecim vicia hęc nominata ab Apostolo, de quibus ipse disseruerit, tamen fatetur in Latinis codicibus Adulterium quoq; et impudicitiam, et homicidia referri, de quibus non disseruit. At s. Thomas septemdecim enumerans ita ordinat, disponitq; quatuor priora, quę ad luxuriam spectant, admittit Somo. contra seipsum; duo proxima contra Deum; nouem consequentia contra proximum; extrema duo circa vitę necessaria.

Inter ea, quę contra proximum militant vicia, primum locum tenent inimicitie postremum Homicidia. ex ijs enim inijs ad tantum precipitium per quosdam quous deuoluitur, deturbatur, ac detruditur Somo carnalis, Inimicitia ardet in corde odij flamma vorans medullas. Contentio in verbis inflammatis, ὄλην ἀρεγγοῦ id est, atram vilem amentibus; ex contentione manat, Remulatio amantie referta, atq; exuberans; dum tu vis, ac velis, remisq; conaris, prior, quod alter affectabat, assequi, ac solus potiri; quod si obstaculo sit, tibi quispiam, illum aduersus pullulat intra cor iracundia, cuius faces incensa nisi ante solis occubitum extinctę fuerint, quod iure optimo preceptum est ab Apostolo Ep. 4. 26. Sol, in quiens, non occidat super iracundiam vestram, furor interior prorumpit in irixam.

districtis gladijs alter alterum quatit, percutit, vulnerat; ex hac iniuria oriuntur inrebus humanis saue dispersiones, in diuina sectę, seu Sereses. 2 Petr. 2. 10. audaces, sibi placentes, sectas non metuunt introducere, blasphemantes, ex quibus omnibus inuidia viscera exedens inimico superueniens viperarum partum educit, Soces, Homicidium, et cordis, et operis, dicente Christi dilecto. 1. Ioan. 3. 15. qui odit fratrem suum Homicida est. Apoc. 22. 15. Foris ca. et ve. et impudici, et Homicida. ex inuidia autem oriuntur Homicidia testatur sapiens sap. 14. 24. Alius alium per inuidiam occidit, aut aduultans contristat. Notat Erasimus paronomasiam, in Gręco textu φθόνος, φόνος, i. inuidie Cades. Theophylactus Cades ex inuidia, comessatio ex temulentia prouenit. quare priore loco generantia, posteriori ab ijs nata posuit. Est oratio temulentiorum.

42.

Et Sic similia. Hieronymus, longum, inquit, erat, vniuersa carnis opera replicare, et catalogum facere viciorum. Uno ergo omnia sermone conclusit dicens, et his similia. quę utinam tam facile vitare possemus, quam facile intelligimus. Multa igitur a se pretermissa significauit Apostolus, vel numerandi tempore fessus, vel ne etiam prolixiore sermone lassaret auditorem, Lectoremue. At quis vicia, vel peccata queat certo numero comprehendere? similia autem si aues legere poteris facile Rom. 1. 29. 30. 31. et 1. Corinth. 5. 11. et Ep. 4. 31. et 2. Petr. 2. 10. 14. Iuda 15. 16. Apoc. 21. 8. et 2. Corinth. 12. 20. Sap. 14. 25. 26. 1. Timot. 1. 9. 10.

43.

quę predicō vobis, nempe ante iudicium, dum locus est penitendi. ita



Lym

Syræ, et Lombardus, vel antequam labamini in eius modi baratrum (ne dica-
tis non predictum) oportuneque caueatis. similis locutio 2 Corinth. 13. 2. Predi-
xi, et predicabo, ut presens, et nunc absens. Arias, Syr. qd non predicabo, sed di-
co absq; prepositione reddunt Græcè $\omega\gamma\omega\lambda\epsilon\gamma\omega$, cum preposiōe legitur,
ut deterreret ab carnis operibus, Soc subiecit, Lombardus, sicut predicti for-
tè paulo ante v. 18. Hieronymo placet predictum. Rom. 6. 12. Cum dictum
est, Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, ut obediatis
concupiscentiis vestris. Peccati enim species sunt omnes sic commemorata.
Augustinus, ubi prædixit, in hac epistola non inuenitur. Ergo aut presens
cum esset, Soc prædixit, (ut cum oratione, qua usus apud eos fuerat, congrue-
ret epistola, scrip.) aut cognouerat, quod peruenerat ad eos missa ad Co-
rinthios prima, ubi cap. 6. 9. sic ait, Negs fornicarij, negs idolis seruientes,
negs adulteri, negs molles, negs masculorum concubitores, negs rapaces
regnum Dei possidebunt.

Quoniam qui talia agunt, vel Soc prædixit, vel ob hanc causam præ-
dixit, August. agunt autem Soc, qui cupiditatibus carnalibus consentien-
tes facienda esse decernunt, etsi ad implendum facultas non datur. Cete-
rum qui tanguntur huiusmodi motibus, et in maiori charitate consistunt, =
non solum non eis exhibentes membra corporis ad malè operandum, sed
negs nutu consensiois ad exhibendum consentientes, non Soc agunt; et
ideo regnum Dei possidebunt. Regnum Dei. quod cum regno peccati sta-
re nequit. 2 Corinth. 6. 14. Quis enim participatio iustitiæ cum iniquitate? aut
quis societas luci ad tenebras? quis autem conuentio Christi ad Belial? aut
quis pars fidelium cum infidelibus? non consequentur. Græcè $\delta\epsilon\iota\ \chi\lambda\eta\sigma\omicron\nu\omicron\mu\omicron\sigma\omicron\iota\upsilon\iota\upsilon$
Arias, non hereditabunt. Frasm. regni Dei heredes non erunt. Syr. Regni
Dei hereditatem non sunt adepturi. idem dictum ad Eps. 4. 59. Hoc autem
scitote. Intel. quoniam omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod
est idolorum seruitus non habet hereditatem in regno Christi, et Dei. Ex-
cident quidem ab hereditate regni celorum, cuius præco. Ioannes Baptista,
et omnes quotquot ab eo usq; ad nos fuerunt viri Apostolici. Excident, inquit,
carnales homines à regno Christi, Soc est, à regno Dei, quod prænouciat Ia-
ias 52. 7. quam pulchri super montes, pedes annun. et præd. pa. annun.
bo. præd. salu. dicentis regnabit Deus tuus. quod iussit predicare Christus
Luc. 10. 9. Inquamcumq; ciuitatem intraueritis etc. dicite illis, Appro-
pinquauit in vos regnum Dei, et qui futuri fuerant filij regni, ejicien-
tur in tenebras exteriores. Matt. 8. 12.

44.

Nec defert (ait Hieronymus) vno, vel pluribus excludatis à regno, cum
omnia excludant pariter. Hoc enim illud ~~hac~~ 2. 10. quis deliquit in vno,
factus est omnium reus. q. d. ita damnabitur cuius criminis Sorum reus, ac
si mille admisisset criminum reatus. Grauis quidem, ac dura, ne dicam
crua, sed satis digna meritis poena. scitum est. Prouerbum Hispanicum
quien tal hace que tal pague. seruo inertit talentum aufertur. Matt. 25. 28.

45.



Ignavi, ac desidiosi serui manducantis, et bibentis cum ebriosis pars ponitur cum hypocritis, ubi fletus, et stridor dentium. Matt. 24. 51. qui cum profano Esau lentis edulio primogenituram à se alienarit, benedictionis paternae, atq[ue] eterna gratia deiectus peribit. Gen. 25. 33. et 27. 38. Heeb. 12. 16. qui ins tar Ruben non exhorruit patris sui maculare cubile, dignitate pulsus primo genij, velut aqua effusus interibit. qui emulatus Ismaelem à Deo viuo ad idola transterit animum, domo exactus paterna perpetuo exulabit. Caro enim, et sanguis. i. Carnis opera regnum Dei possidere non possunt, neq[ue] corruptio in corruptionem. 1. Corinth. 15. 50. Melior est sapientia (spiritus nempe) quam arma bellica (carnis scilicet) et qui in vno peccauerit, multa (abiq[ue] numero) bona perdet. Eccl. 9. 18. Nacolum qui vel semel tantum in graui deprehensus est scelere; sed qui ab vno descieuit necessario. Luc. 10. 42. Imo omnia huius mundi bona non pluri estimanda, quã si vcl vna esset minima fornicarum; omnes quippe damnati vnus nomine comprehensib; cuius videlicet figura, qui ob vestis nuptialis defectum eiectus è conuiuio fuit. Matt. 22. 13. Deus autem vnus cum sit, omne bonum est. Deut. 6. 4. Exod. 33. 19.

Matt. 24. 51.
Esau vni
primogeni
Gen. 25. 33.
27. 38.
Heeb. 12.
Ruben de
quens.
Ismael.
1. Corinth.
Eccl. 9. 18.
Luc. 10. 42.

46.

Hæc appellauit Rom. 13. 12. 13. opera tenebrarum, atq[ue] ad sex capita reduxit. Non in comessationibus, et ebrietatibus. Ecce duo hæc extrema, non in cubilibus et impudicijs. Hæc sunt pro quatuor, quæ sic prima exposuit, quibus omnem luxuriæ ratione comprehendit. Non in contentione, et emulatione, sub his intelliguntur contentiones, emulationes, ira, rixæ, et reliquæ usq[ue] ad homicidia. De idololatria eadem epistola ad Rom. 1. 23. ait; Et mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, et volucrum, et quadrupedum, et serpentium.

Nuptialis
Matt. 22. 13.
Deut. 6. 4.
Exod. 33. 19.
Rom. 13. 12. 13.
Operate
tenebrarum.

Digressio in U. 19.

De Luxuria vicio, eiusq[ue] partibus, et incentiuis fugiendis.

47.

Eph. 5. 1. sic Diuinus Paulus effatur; Estote imitatores Dei sicut filij charissimi. Dulchrum exordium inuitantis ad munditiem castitatis. addit deinde U. 3. 4. 5. Fornicatio autem, et omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis sicut decet sanctos, aut turpitude, aut stultiloquium, aut scurrilitas, quæ ad rem non pertinet, sed magis gratiarum actio. Hoc enim scitote intelligentes quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus, non habet hereditatem in regno Christi, et Dei. Hæc Apostolus, pluribus fortasse verbis, sed necessarijs ad rem de qua agit declarandam, et commendandam. Exaggerat enim, ut prudentes intelligant, et simplices non ignorent, quanti referat abesse à luxuria, fugere fornicationem, quod alias monuit. qui filij sunt, eos decet appetere hereditatem paternam, ab hac immundi excluduntur. Noitur ab impuritate necesse est eos abstinere. Imitatores Christi sese offerunt Deo hostiam (ut dictum est U. 2) in odorem suauitatis. cuius ergo ferat in hoc sacrificio fetorem immunditatis cordis. qualis est sermo turpis, scurrilis, stultitiæ, et lasciuie plenus. quare qui ad optionem Dei magni facit, hereditatemq[ue] expectat regni celorum, tam longe debet à luxuria et turpitudine abesse, ut ne nominari coram se vlllo modo patiatur. Templum Dei non profanis visibus polluendum; in sacro altari, siue ara nihil, quod sacrum non sit, reponendum; sacrificium ipsum, atq[ue] hostia impu-

Eph. 5. 1. 2. 3.
A. 9.
Nationes
tandy luxu



nitatis nihil admittit, quid est igitur corpus hominis, nisi templum, altare, et hostia vivens
 in Dei rationabile obsequium oblata. Absesse procul ergo debet ab omni specie impuri-
 tatis. Calix quo alter bibit, reputatur immundus, nec offertur amico, nisi prius infusa
 ablueris aqua. quid inquinaret? Num labiorum exiguus attactus? Quid itaque miraris,
 ab Apostolo dictum labiorum motu corpus inquinari, nominando scilicet turpitudinis
 vicium? Fornicatio, inquit, nec nominetur in vobis sicut decet sanctos. Quippe cum
 sanctitas, vel nomine ipso, ne dum re immunda inquinetur. Vae nobis, qui tam sumus
 in hac parte miseri, ut quam portam debuissimus maxime clausam, obseratamque te-
 nere, ea sit, que facilius pateat irruptionibus hostis teterrimi, et iniquissimi, qui quod
 corpus nostrum servare mundum, ac sanctum tenebamur, tamquam vere templum
 Deo dicatum; nunc adeo simus molles, ac debiles, adeo frigidi ac fragiles ad repugna-
 dum, et obsistendum tentationibus, et immundis incursionibus libidinum, ut non iam
 Dei templum, sed immundissimum ~~et~~ rum spirituum hara, Demonumque sentina
 potius debeat nuncupari.

Vultis proprijs lineamentis, atque coloribus vobis ante oculos proponam Luxuriam
 vicium, eiusque ferocissimi vultus feritatem, atque immanitatem. Revocte quæso in
 memoriam, et paulisper cogitatione comprehensum retinete illud monstrum, seu
 Bestiam de mari ascendentem (que ostensa est B. Joanni Apo. 13) Sabentem capita
 septem, et cornua decem, et super cornua eius decem diademata, et super capita eius
 nomina blasphemiarum. Hæc mi fallor Luxuria est. Nam et Venus ex maris spuma nata,
 que propterea, Græcis dicitur AMPHITRITES. Amphitrites. ex corde enim carnalis
 hominis ebullit libido, quæ instar Euripi in Tuba continuo fluxu, refluxuque iactatur.
 Unde et Sacer Isaias Evangelicus propheta, impium mari feruenti comparat, quod qui
 escere non potest, et redundant fluctus eius in conculcationem, et lutum. Salax cor sem-
 per inquietum, semper feruens, et furens præ voluptatis insania, vix dici queat, quæ-
 tum ex se proferat proteruitatis, quot, quantasque ejiciat, et spargat impuritatis,
 spumas libidinis continuo iactans, Lutumque immunditæ intus retinens, forisque pro-
 pellens. Septem capita totidem esse reor Luxuriæ species præcipuas, ac notiores, que
 in sacramentali confessione singulatim numerandæ, et explicandæ seorsum. sunt ve-
 rò Fornicatio simplex, Adulterium, Incestus, Stuprum, Sacrilegium, Nuptus, Vicium
 contra naturam. quod extremum rursus varios continet modos, seu species impuri-
 tatis, nimirum Mollitiem, Immundiciam, Impudicitiam, Monstrositatem, Sodomiam,
 Bestialitatem. de quibus iam supra. Ab his omnibus ut fugiamus, sub uno no-
 mine Fornicationis hortatur Apostolus: sub quo nomine sextum etiam Decalogi
 præceptum propositum est. Fugite, inquit, fornicationem, que scilicet sexto prohi-
 bita est loco inter diuina naturaliaque mandata. Non dixit vincite, sed fugite. quo-
 niam in hoc conflictu fuga victoria est. Quippe cum hæc libidinis bellua non pug-
 nando vincatur, sed fugiendo frustretur eius conatus, et impetus retundatur, sed quo-
 nam fugiet miser somuntio? ut liber euadat ab huius Bestiæ moribus; que in omnes
 partes exerit, extenditque capita; ut non solum obuios, et incautos, sed fugientes etiam
 apprehendat, deuoret, obliguriat. Proditam est antiquis fabulis Herculem illi
 monstrorum Domitorem cum Hydra periculosum habuisse certamen, ac tandem

terribilem istum serpentem occidisse, ac debellasse; verum post nimium laborem, et
 saepius vitæ discrimine hausto, ac superato. quæ autem causa tanti laboris, ac diffi-
 cultatis? capitum nempe multitudo. Nam vno iam semel succiso, alterum de
 novo vivum apparebat, quasi renascentia nova semper capita pullularent. =
 Non dissimile bellum, nec minus periculorum plenum, de quo in præsentia dis-
 serimus, sed quot inveniamus Herculi similes, qui sibi victoriam pollicentur,
 et ex Scuris discrimine pugnae audeant palmam expectare? ubi renascentium,
 ac demum pullulantium capitum finis non apparet. Nam septem pro innumera
 bibibus, seu infinitis etiam poni certum est.

49.

De pugnantis cum Sæc. Luxuriæ bellua iuvenis mali cauti atq; imprudentis
 exemplar obijciendum, ut ex alieno capite periculum faciamus, et nostræ vivæq;
 ex alterius casibus tempestivè providamus, ac consulamus. Incidit hic fortè ociosus di-
 ambulat per vias Sæc, illuc discurrens, incidit, ~~in~~ in socium non bene moratum, qui
 valde Libidini debitum, suadetur, incitatur, impellitur, ^{introducitur} tandem vel inuitus
 in domum illam, publicam officinam petulantis, protervæ, atq; lascivæ, ubi im-
 mundi spiritus assecta sub vultu, Sabitungs femineo meretriciam exercent. Unde nemo
 redit, nisi Erebi fumo obiectus, flammis ustulatus, ac pene exustus. Reversus domum,
 refrigerato calore revertitur etiam ad cor suum, agnoscit se proquaricatore, ~~et~~
 dolet, ~~et~~ lugetq; vicem suam. Penitet peccasse. quid mihi, inquit, accidit? Eheu, ani-
 ma mea super carbonem denigrata, quin et Deo, et gratiæ ipsius mortua est. Præterit ^{Pom. 22.}
 cito voluptas, dolor, luctusq; permansit. verè comperi, quod sapiens prævidit; Præciū
 scorti vix esse unius panis, quo tantū per sedatur appetentia cibi, max ardentius redit ^{rebu. fuit}
 ra. Mulier autem vini preciosam animam capit, ut pote quæ Dei imaginem deri-
 grat, conspurcat, ac fidam ad eum facit, ut indignam hereditate celesti.

50.

Cum autem hic penitentia expiatus meliorem vitam proposuisset, decrevissetq;
 domi, et in officio se continere. En illi minimè talia cogitanti muliercula occurrit, quæ
 meretricula petulantior, licet maritata, tamen maritum eludi posse confidebat.
 Adhæret iuveni tamquam hedera, constringit brachijs, serpit alius, usq; ad ora, et lu-
 mina oculorum, laudat, allicit, illectat, molestissimè vexat, velut Valida quondam
 sansonem. quid faciat homo fragilis? dabit ne manus? An adulterij crimen detas-
 tatus, abigat a se turpem feminam, obiectisq; in faciem portis sese intra privatus
 parietes recipiat? Numquid hoc satis, ut tutus sit? cum foris non aduenerint, pu-
 tarne domi offendicula defutura? Nonne vides quam procaz sit Sæc vicium? Ad do-
 mesticis item accerset periculum, et sub sinceræ benevolentis specie à consanguinea
 et cognata, et matertera, et socra bellum exorietur. Nam ex nimia familiaritate
 et frequenti conuiuentium consortio atq; commortio eò deuentum est, ut parum
 attenti adolecentis animus incipiat in amorem minus licitum exardescere, et pau-
 latim abiecto timore, et pudore deposito, ita se sentiat sollicitari, et molestis cogitatio-
 nibus exagitari, ut iam nec verecundie freno, nec timoris Sabenis retrahatur ad
 incepta, tam aperta, et manifesto, ut cum minus cogitabat sese agnouerit, et pecca-
 ti vinculis irretitum, et lubrico mancipatum Tulliano. unde pro magno estimet, si
 contingat in penam atrocis flagitij mittatur ad tyremes, ubi astrictus graui remo,



verberandus frequenter ictus, ac dilaceratus, in pane, et aqua, nudus vel in sago serio pe-
nitentiam agat.

Sed o miserum Somnium! Nec tibi quiescere cum sinet bestia maris, imo peius
ut patet, quae in suo regna est, infestabit, ac persequetur, et cui adulterum esse non li-
cuit in terra, is in mari, o cecitas deploranda: nefariam committet turpitudinem, quae
naturae leges transgredi non erubuit, ruborem flammae cogatur experiri. Cum denique,
quam flagella dura non corripuerunt, rogos ignis durior absumet. quo ergo in loco
liber esse queat mortalis à Libidinis impetu? si nec domi, nec foris, neque in ocio, neque
in negotio, nec inter feminas, nec inter viros ab Sac. contagione tutus manet? quid
de eo fiet? quo eijciatur? Deus abeat, terat saltus, incolat montes, cum bestiis, ut
Dex ille superbissimus vitam degat. Et putatis in hoc statu innocuum fore? se secum
cum portat, ubi caruerit Somnium convictu cum bestiis sylvae conuertabitur, et
quasi expertus rationis cum irrationabilibus immiscebitur. Imo solitarius inter nudos
scopulos, et desertas rupes, belluarum etiam exori aspectus adversus semetipsam
armatam aduocabit. Libidinem; et tot immunditijs maculabitur, conspurcabi-
tur, ac polluetur, ut sus videatur in luti volutabro foetissimè conspersa, ac pra-
uis fetoribus contaminata. Nonne animadvertitis quot enata fuerint huic
monstro capita? quis ergo cum illo praelia inire? quis expugnare se posse speret?
Fortasse ille qui uxorem duxit sacramenti virtute protectus, quasi scuto for-
ti, ab eius ictibus erit immunis. Utinam vniuersi conjugatis Sane Deus men-
tem inieciisset, ut delictijs contenti permissis nihil amplius auerent, aut auarè
exquirerent interdictas. sed contingit, ut in sua apotheca incautus velit, velut
olim Noë suo se temeto inebriare. necesse est ergo sobrietatem amare, modumque
etiam in concessis tenere voluptatibus, moderatè, ac temperanter legibus ser-
uire coniugij, et sacramentum matrimonij reuerentia Sac. exhibita venera-
ri. Alio qui propter animi Leuitatem, et incontinentiam passim occurrent inter
conjuges variae monstrositates, et mortalia admittentur, committenturue flagi-
tia, ut minimè dici valeat eorum thorus immaculatus.

51.

Hoc itaque interst inter alia vicia, et luxuriae peccatum, quod valde opus est
Sabere perspectum. Aduersus omne vicium, licet quidem arma capere, in arenam descen-
dere, pugnam inire, oppugnare, expugnare, vincere, triumphum agere: immundam verò
lasciuiae capitisibusque exundantem Bestiam, non, nisi fugiendo superare unquam poteris.
Vngula equi opus est, talariibusque Mercurij pennis, ut insons euadas, ac sine vulnere, imo
dicente Apostolo (ut supra tulit) fugite fornicationem; non sic turpis fuga, non, etiam
veteranorum militi ignominiosa; imo tantis per herere de honestat, valde famam que de-
turpat. tantillo magis immerari, temeritatis argumentum, atque insanie initium repu-
tatur. Huc videtur sapiens spectasse cum ait; Numquid potest Somo abscondere ignem
in sinu suo, ut vestimenta illius non ardeant, aut ambulare super prunas, ut non com-
burantur plantae eius. De hoc vicio protulit S. Asbus, Ignis est visus ad perditionem deu-
rans, et omnia eradicans genimina. Fuga celeri ignis euaditur. quare de Sac. Bestia
dicunt merito cauti, atque prudentes, quis similis Bestia? et quis poterit pugnare cum
illa. quod alio sensu dicunt, qui ei succumbentes, eam adorant. Nec fortitudo Sansonis

52.



nec sanctimonia Davidis, nec sapientia Salomonis in occasione valuit contra illam constanter, ac firmiter stare, sed vix oppugnati actuum pedibus eius conculcandi ceciderunt. Nec diuitijs potentes, nec egestate confecti, nec magni principes, nec tenuiores plebei, nec regum thronus, nec imperatorum diademata securitatem sibi pollicentur, nec victoriam sperant, nisi alati effugiant Euro ipso velocius. Quapropter diademata decem gestat in cornibus, ut ostendat de regibus, ac de imperatoribus triumphum saepius retulisse, eorumque sibi coronas proliando vindicasse. Quocirca tanta elatione ob victorias de proceribus viris partas superbit, ac intumescit, ut non contenta ora impuro, et proteruo aduersus Dei maiestatem, et nomen blasphemare, ipsas etiam blasphemias fronti, et cornibus insculptas circumferat, ut non iniuriam illam videatur propheta sanctus pronunxiasse; Frons meretricis facta est tibi noluisti erubescere. quid vasa perfricta significat frons, nisi inuerecundiam, petulantiam, procacitatem? Plus ad hoc indicant insculptae blasphemiae, quae Dei numen videntur abnegare. Fo videlicet lasciuia mortales perducit, ut dici de ipsis illud queat; Quorum ~~cor~~ Dens venter est, et gloria in confusione ipsorum etc.

53.

Osim mulieris perditae, quae mererant scilicet corpore, aperta pallio expectabant in agris; quomodo Socerum ludam Nurus Thamar Decepit. Gen. 38. Quare et meretrices aperta vocabantur. Docet nimirum ipsa natura operire, occultare que peccatum. sed o tempora, o mores (libet exclamare cum eloquentis principe) cum ad miseria deuentum est, ut pudor omnino exulasse videatur à feminis, quae iam non vello aperta, sed nudo etiam capillitio, intortis erectis, cincinnatis crinibus momum referentibus, vel requirementibus sese ostentant, et venditant in oculis omnium exposita. imo quod omnem petulantiam superexcedit, tam procaci sunt ore, tam elingui procacitate, ut turpitudinum blasphemias, quas effatiunt, et liberrime garrulantes promunt, nec auris castae addere sine rubore, nec vulgus Sominum, qui rationem lent, valeat aut sine stomacho auscultare, aut ferre patienter. Na istud graue scelus est, penitus multandum seuerioribus: at multo magis tremendum, innumerabili Sominum cateruam cernere, quasi oblitam diuini numinis, sacris legibus posthabitis, seientem quidem, et videntem suis Bestiae insidere Satanam, satanicoque eam spiritu in omnes partes grassari, et debacchari crudeliter; tamen illi subditam, eius potestatem admirari, obstupescere, ac suppliciter adorare.

54.

Sicut aliquando taurum fenum cornu gerentem in arena dolo fallere, si pro cubas in medio cursu et quasi mortuus spiritum contineas intra nasum, vel cludere obiecto super oculos pallio. Verum contra immanitatem luxuriae, technasque et insidias marinae belluae, nihil valere doli, nihil artes profuere. et si tamquam examinis, ac sine spiritu iaceas terrae serens, odoratus vi, quam habet stupendam, te deprehendet, et volentem, nolentem in sua retia trahet. quis crederet philosophum tam iudicum, tam circumspectum, ut consessum iuxta se mulieris fiduciam detretaret, ac repelleret, postmodum eius illecebris victum tam perditae fuisse eius amore exaurum, ut precio aucto licitatus, nequis proter ipsum ferret contentione, et pugnis extorsent. Ergo si nec simulando mortem, fallere, nec obiecto pallio eludere, atque euitare tantam violentissima bestiae potentiam licet; nam quicquid tuum apud eam reperitum fuerit, Soc



Philosophi
rancidit
luxuriam

quasi

quasi visco tenebit; unicum remedium video esse reliquum, ut ab eius cornibus terra, ma-
nig, procul abis. Inter feminam, et virum, castitatis candida murus intersit. Murus,
inquam, spaciosus, et mille stadijs latus, longus, et altus. Sals et enim, ut vides, cornua mul-
ta, ac fortia, quibus impetit, et debellat oscitantes, impavidos, improvidos, imo etiam ip-
sos, qui se existimant oculatos, vigilas, et sapientes deiecit nonnunquam de statu men-
tis, et subigit. Decem illi appingit cornua Apocalypses emblemata: quippe cum sint de-
cem propinquiores occasiones libidinis, et visitatiora tentamenta, quibus se insinuat
et sensualis appetitus virus in corda diffundit, et male affecta tendit in mortis eter-
na baratrum profundissimum.

quam potero brevissimè enarrabo. Attendite qui castimoniam amatis. Primum
cornu, luxuriaq; primatentatio inest in oculis, et aspectu, si videndi cupidus libentis
appexisti, obtutumq; fixisti, ubi non decebat, statim ingressa est mors per fenestras =
quid impulit Davidem in adulterium? Appexit Berabetham, et concupivit. quid se-
nes populi iudices in concupiscentiam Susanna, allexit? Femine pulchritudinem curio-
sè sunt intuti. quid Dinam duodecim patriarcharum sororem perdidit? Nonne ex-
peditas videndi? Verè quidem Poëta cecinit. Vitæq; videndo Damina. et Gen. 6. 2.
causa diluuij innuitur sic verbis: Videntis filij Dei filias hominum quod essent pulchre
acceperunt sibi uxores ex omnibus, quas elegerant. Sancti Somnes ex Seth progeni-
ti contra præceptum patris duxerunt in matrimonium filias Cain delictijs mundi de-
citas, quas nisi vidissent, non concupissent.

55.

2. Causa, siue occasio esse solet auditus, quæ dum minus timetur, minus etiam caue-
tur, sed timentis Sinenarum cantus, et sibila viperarum Turpicula verba, et si cum
nisu prolata venenum inhalant. Audientes rerum turpium casus, etiam effecta fa-
cinora, comedias profanas, quæ vix à turpitudine vacua exhibentur, sepe defæce-
runt ab amore pudicitie. Estimanda valde illa sententia Prou. 14. 22. Fovea pro-
fundæ os alienæ. Heb. alienarum. Mariana interprete, sermo scortorum. Cui iratus
est Dominus incidet in eam. Hieronymus ibi. qui verba, vel oscula meretricis libe-
ter amplectitur, quasi ianuam iam sibi pulsat abyssi.

3. Sunt adorna menta, quibus femina mirificè gaudet, et oblectatur, quibusq; ve-
lut illicio vtuntur ad retinendos amatores: sed in viro odores effeminati animi sicut
iudicia, ut sciti quidam lausit: Posthume non bene olet, qui bene semper olet.

4. Occasio affinis est secunde, atq; utraq; se mutuo iuuat. Hæc nimirum ab ore pro-
cedens per auditum sese insinuat, donec periuadat ad cor, id illigatum capiet, captiuum
teneat, ad nutum agat, quoque verius placuerit. Sic pertinent sermones blandi,
compti, disertis, dulcibus colloquia, facunda lingua, verba mellitica, facetiæ, sales,
diceria, acutæ sententiæ, vocabula culta, confabulationes secretæ, priuatim ac
seorum inuita consilia, promissa, pacta, consurationes, amatorie etiam illecebræ,
suspiria, lachrymæ, querellæ, et cetera, quæ ignem excutiant interim, ex si licet cor-
de, et siccam incenduat voluntatem. Hæc florculos mundus appellat, sunt tamè
rubi, spinosi, et cuspidat cupidinis, qui sub mille latentis amari pungunt, sed sunt
floras ut tu vis, sed nododaphnos, venenati illi quidem, licet aspectu rubicundi. Si
lares, goati corpori, at animæ ingratisissimi, tristes, mortiferi, in quibus nificat cancer,

56.



qui suavi moru mortem inducit amarissimam.

5. Occasio inest in sectione librorum, et epistolarum vltro citroq; missarum. quatenus ne magna morum strages facta est in re publica. sunt libri profani de rebus, et materia Amorum scripti, quos oportebat ut valde nocuos, et iuuentuti perniciosos exuri. oblectantur adolentes legendis comedijs, vanis historijs, et profanis nouitatum mendacijs refertis simis. Sunt eiusmodi libri Amarij continui, quibus cum omnibus Senis intrapide conuiuij conuersari sine pauore; sed tanto periculosius, quo liberius, licentiusq; loquentur, vel audiuntur in angulo, quia nefas fuisset in publico audiri. Epistolae vero quibus metuo uicis, vel accipiendis iuniores oblectantur faminae, dici possunt lenones inuere unde quippe qui ab eis vllorubore enunciant, quod modesta lingua minimè cogere tur pronunciar. In his igitur carthis tinea corrodens corda gignitur; de gemis saquei conditi sunt. Hic Samus, et esca ^{SATAN} ~~Satan~~. Sic retia tartari inclusa latitant. Deus sancte! quot feminarum sonestas deturpata, denigrata fama, virtus suffocata eius flammae fumo, cui materiam isti sufficiunt papirau fascis?

57.

6. sequitur occasio, quam praebent minuscula varia inuicem data ad amorem conciliandum, Sinteola bissina, sudariola odorem exhalantia, annuli, catena, lapilli preciosi, Chyrotrocha odorata, fasciculi varij generis flosculorum, ac rasarum, quae et rosarium precatorium, quae ex eo leguntur rosa, faxit Deus, ut bene olentis sint. Ille alius seruat ex amasia capite crinem quasi amuletum iuxta praecordia. Nec considerat misellus, et si ille sit tenuissimus, vim tamen habere rudentis, quo trahendus sit ad animae suspendium, et aeternae mortis abyssum. ~~Satan~~

7. Non minus potens tentatio, ornatus exterior, tunica trabeatae, Calantica tenuiores, vestimenta preciosa, auro geminisq; apprimè contexta opere phrygieno. quae ad superbiam, et ostentationem, potius quam ad necessitatem conparantur. Maxime vero dolendum illud ad turpitudinis signum iam esse commutatum per abusum; quod ad turpitudinis tegumentum, et sonestatis causa fuerat inuentum, et imitatum. His accedunt pigmentatae facies, gena coloribus emptis incrustata, oculorum collyria, aurium aureae in aures, succinctoria clauiculae, cum pendente pugione, galeri, palliola, instar virorum videndi cupidissime femine. Et quidem naturae uicia, dum existimant se posse contegere, (quod si scirent, minimè uellent) fiunt quasi comediarum pertone pictoris arte efficta, quae non se, sed meretriculam aliquam representant. Cui facus et si ut cumq; in femina praesertim nubile, aut nupta permittatur; at in viro quis ferat? quis patiat? quis non abominandum putet frontis capillaturam, temporum circinatorum enormem aspectum?

58

8. occasio saepe in mortem animam ducit. Numerata est ab Apostolo inter genera carnis impudicitia; nemo ergo doctus à mortali peccato eximit impudicos tactus, libidinosos amplexus, et oscula. quamquam uero amicitiae, et beneuolentiae causa liceat complecti sanguine coniunctos, aut affinitate propinquos. Charitatis enim indicia ab impuritate vindicanda, tamen res est plena periculi, et periculum est, ut dicitur, in mora. Nam facilis fit transitus ab una specie in alteram, et quod cepit per beneuolentiam, potest in libidinem conuerti. Mirabile exemplum s. Ludouici episcopi rennensis maritus ~~osculum~~, et soris amplexum. leges in eius vita.

§

9. Dicitur

Occasio plus habet laboris, quam deliciarum. quocirca et pena est, et peccatum. Hec tangit iuuenes quosdam, qui caci ludibrium amoris facti, noctu onusti ferro, in luce diei circinnati, omnia circumueunt, centius ad eandem pertranseunt domum, eas per fores, easdem perlustrant fenestras; si forte videant suam lunam, solemue micantem. Huc spectat inquietas sollicitudo, frequentes sollicitationes, cantiones, vespertinae, et matutini musicorum concetus, itus, redditus, ductus, intuitus, pollicitationes, minae, lenocinationes, nuncia, mandata, Neli, timores, tristitia, amulationes, procorum rixae, riuualium contentiones, inuidia, mendacia, doli, quae amia Veneri grata, ingrata celo. Sic solent habere locum Farypae, siue striges ministri tartareae, omnis mali conciliatrices et sequestra, Lena, inquam, quae sub Sordiboda bitu, pulla veste, candidis velaminibus, et oblongis celant malignitatem; senili, ut apparet foris, modestiae, et pietati, quam praeseferunt, non ostia clausa, non sera obducta, non clauis vlla obstant; quominus ad intima conclauia admittantur, in matrum filiarumque assideant puluinarum. Vbi Circa pocula non sentientibus instillant virginibus. sed credite, nisi resipiscant, futurum tandem aliquando, ut oblonga velamenta candidis lini in papiracea didemata conuertantur; quibus super caput impositis, voce praconis omnibus, quae quales illi fuerint, inotescat.

10. Vestat occasio, quae radix prima peccati; imo ab ipsa illa reliquae non essent mortiferae. Hec est mentis praua cogitatio; quae varijs modis animam iniquitate consuevit. Nam vel opera libidinis desiderantur quasi futura; vel iam praeterita recoluntur, regustantur, aut lactanter rememorantur; vel etiam quae nec futura vult, nec unquam contingere. secum tamen homo machinatur, expendit, trutinat, et hac obsequia cogitatione oblectatur; seu prudens, vidensque retinet; nec a se procul abigit. Hec à Theologis morosa delectatio appellatur, et inter mortifera numeratur flagitia. Et si enim non bibat vinum, tamen odore libens inebriatur. Ut autem timoratis conscientiae scrupulus eximatur. sciant ij, qui constantiter resistunt eiusmodi cogitationibus, constantiae premium non de futurum. Nec pauore nimio despondeant animum; non enim sensus, actus illatio, qui primus motus est; sed consensus, qui secundus motus dicitur, peccati reum facit.

Hae decem tentationes, seu occasiones impellentes ad Luxuriae crimina, quae cornibus bestiae maris significari diximus, 2. Reg. 18. 14. prefiguratae sunt per decem armigeros Boab, qui Absalonem impudicum sui patris proditorem, dum penderet à quercu, tandem occiderunt, et profunda iniectum fuisse lapidibus obruerunt. Hic finis adulteros, et impudicos expectat, Sic manet exitus. Ut tandem breui peroratione institutum sermonem absolvamus, Soc fixum, firmum, ratumque esto. quicumque exoptat ex septem capitibus maris bestiae, Soc est, speciebus luxuria incolumis euadere, caueat serio, circumspiciat diligenter, ne villo impetatur, tangaturue ex cornibus decem; quibus illa tantas victorias retulit, tot celebrauit triumphos, tam insignia erexit trophaea. Occasiones ergo effugiat libidinis, aduersus omnes tentationes semper bene munitus incedat, sensus ab illicitis coarceat voluptatibus, licitis cautè utatur, as



pectum contineat, nec velit curiosus aspicere, quod non licet optare; à conuictu
distedat periculoso, socios vitet parum honestatis amicos, sermones lasciuos nò
auscultet; verba oderit procalia, turpia cantica detestetur; libros à se aman-
det noxios; nec interdum ~~circumueat~~ sine negotio utili, et honesto vias
terat; nec noctu, cum non sit excustodibus, circumueat ciuitatem; in taberna ne
merces audacter euoluat aliena; coreis saltatorum, musicorumq; profanis, parumq;
decoris comedijs nunquam ^{doleat} ~~abfuisse~~ abfuisse; neq; unquam praua cogitatione men-
tem inquinasse penitebit, aut lugebit.



V.22. Fructus autem Spiritus est Charitas
 Gaudium, Pax, Patientia, Benignitas, Bo-
 V.23. nitas, Longanimitas. * Mansuetudo, Fides,
 Modestia, Continentia, Castitas. * Adversus
 huiusmodi non est lex.

V.22. ^{Gr.} Ὁ δὲ καρπὸς τῆς πνεύματος ἐστὶν ἀγάπη. Πάσα
 εἰρήνη. Μακροθυμία, Χρηστότης ἀγαθοσύνη πίστις,
 Πραΐτης ἀγαθοσύνη ἐγκράτεια καὶ τῶν τοιούτων ἄλλοι
 ὅτι.

Λα.

V.22. At fructus Spiritus est Charitas, Gaudium, Pax, Lon-
 ganimitas, Benignitas, Bonitas, Fides * Man-
 V.23. suetudo, Continentia. Adversus huiusmodi non est
 Lex.

Syr

V.22. Fructus autem spūs sunt Charitas, gaudium, pax
 V.23. longanimitas, Benignitas, gratia, fides, man-
 suetudo, patientia. Adversus huiusmodi lex
 positā non est.

Fr.

V.22. Contra Fructus Spiritus est Charitas, Gaudium
 V.23. Pax, lenitas, Benignitas, Bonitas, Fides. * Mansuetu-
 do. Temperantia. Adversus huiusmodi non est lex

schol

Contusionis
ratio.

Operibus carnis, quibus varij hominis sensualis
 affectus perficiuntur, unum, ac singularem. s. r. fructum
 Charitatem opponit. cum quo, & alia quaedam coniu-
 git salutaria bona, quae inveniri non possunt, nisi ubi divina



et admirabilis spiritus sancti vis cum hoc suo prima
 rio fructu inuenitur. Scribandus. Hinc via spiritus qua scribandus
 ambulandum nobis est, facile a propitius carnis digno-
 ctur. Si per proprios virtutis effectus diuicium pateat eorum iuge,
 ac perpetuum; nam ex contentione mutua, et rei proca an-
 titesei illustrius fit, ac notius discrimen. Illud (inquit Hieronymus
 Hiron) quod a saluatore dicitur Mat. 5. 7. Non potest ar- Math. 7. 13.
bor bona mali fructus facere, nec arbor mala boni; non Caro et spiritus
 tam de somniis, qz de fructibus carnis, et spiritus quomodo dif-
 arbitri pronuntiatum. Quia nec spiritus vnqz potest ferant.
 ea vicia, que in carnis operibus numerata sunt, fac-
 re; nec caro eos fructus, qui oriuntur ex spiritu, reddere.
 Potest quidem fieri, vt spiritus, qui versatur in somine,
 per negligentiam possidentis, fructus non habeat suos; et
 e contrario, Caro suis operibus mortificatis, peccare desinat.
 Non tamen illuc vsqz procedet, vt neglecta arbor spiritus,
 opera carnis afferat, et arbor carnis exulta fructus gem-
 minet spiritualis. Hec s. Doctra

2.

Spiritus, an de spiritu sancto intelligatur questio
 est, vt videri inuenire s. Hiero. et alij DD. sed iam
 superius explicatum est a nobis sermo nemesse, vel de gratia Spiritus
 sancti in nobis, que radix est caritatis, et reli-
 quarum virtutum, vel de spiritu sominis gratia dicitur in-
 tructo; aut si maius de somine secundum deum viuente
 interiori, spuali, ac in iustitia, et sanctitate veritatis re-
 nouato. Nam per synecdochen, qua a parte totum in-
 telligitur, (vt ait Aug. et ex orige. constat super ad Rom. 13. referent
 Saluatore Proleg. 12.) interdum per car-
 nem, interdum per animam, interdum etiam per spiritum
 homo intelligitur. Nam quando homo spiritualis intelli-
 gendus est, a parte nobilitati spiritus nominatur; qui ab inferiori
 Spiritus quo modo hic?
 Homo spiritalis
 Synecdoche
 Augustinus
 Origenes
 saluatore
 Spiritus



vocatur anima, quasi animalis Somo; quando vero a de-
 teriore, quasi peccator, Caeromuncupatur sed haec iam supra plu-
 ribus.

Theoria I

Cuius spiritus fructus, Carnis vero opera

dicta sunt

Fructus autem Spiritus. Paulo difficilius questio est,
 Cuius carnis dicantur opera, spiritus vero dicantur fructus;
 Cur etiam illa numero multitudinis, hii vero unius tan-
 tum numero indicatur? Caietanus ad posteriora partem
 respondet, malum ex quovis defectu exiire, sed bonum
 ex integra causa, hoc singulari numero, illud plurali signi-
 ficatum fuisse. Itaq; vicia, ac peccata plerumq; vix adveni-
 re, virtutum nisi in unum omnia concurrant, nec vlla debita
 absit circumsstantia, minime existere. significatum ergo unius
 fructus, quasi una virtus genere, quae in multas deinde spe-
 cies dividitur, sicut. Bo. vel Charitas una oramus continet.
 ut indicavit scrip. supra, et glauet Estis. Ad priorum ve-
 ro aut fructus dicitur expectatus, opera non expectata; haec namq;
 nempe praeter intentionem auctoris naturae, tamq; ex neces-
 sitate materiae proveniunt; sed fructus, tamquam ex bona arbo-
 re, ex spirituali Sominne secundum intentionem divinam pro-
 ficiunt - sic ex are dum limatur, varienta praeter intentionem
 decidunt. Utilitas vero, sive vni limati instrumenti fructus
 est inventus. ¶ Adde ex s. Bo. 1. 2. q. 90. a. 4. 1. ^m Carnis opera
 cum sint contra rationem, et minime conaturalia homini,
 similia esse illis, quae contra ipsius naturam ex arbore pullulant,
 et oriuntur; quae vicia sunt, non fructus. Sunt etiam ve-
 luti Libania, quae non ex imminato tritico exorta creverunt,
 quae igni reservanda iubeantur. fructus vero sunt secundum
 naturam arboris, et veluti tritium, quod semini in naturali

3.

4.



ialto a domino responde. Actiones igitur virtutis merito
fructus sunt dicta, ut pote semini gratia respondentes, et
arboris natura consentanea, i. Somini rationi congruentes.

3
opa carnis
quia spu
vtilis

Est itaq; anima Somini similis terra, qua culta, ac
spectant, non perse cadunt in materiam temperantiae,
sed duntaxat cum ad tangendi sensum, vel gustatum
q; media imaginatione referuntur. Imo ne gustatus
quidem ipse delectatur nisi tactu perficeretur, tempe-
rancia materiam præberet. Nec enim saporis percep-
tio fuit $\alpha\chi\omicron\lambda\alpha\sigma\omicron\rho\varsigma$, hoc est, intemperantem, sed $\tau\epsilon\mu\pi\epsilon\rho\alpha\iota\tau\eta$
ac delicatum; unde (ut ait Arist. 3. Met. 10) $\tau\epsilon\mu\pi\epsilon\rho\alpha\iota\tau\eta$ qui-
dam nomine $\phi\iota\lambda\omicron\varsigma$ et $\alpha\chi\omicron\lambda\alpha\sigma\omicron\rho\varsigma$ collum sibi quis optabat.

Temperantia
virtus specia-
lis.
materia eius

$\alpha\chi\omicron\lambda\alpha\sigma\omicron\rho\varsigma$
intemperantem
 $\tau\epsilon\mu\pi\epsilon\rho\alpha\iota\tau\eta$
delicam
Aristotelis
Philoxeni
belluo.



vt

ut contrahat cibi diuturniorem afferret in gustando voluptate.
 Quum igitur illæ voluptates, quæ somni cum vellei communes sūt,
 quæq; vehementissimi rationum oppugnant, et potissimum taliter per-
 cipiantur, et gustu (qui ex Arist. tactui quidam est) alijs vero
 sensibus non ita miri cum istis sentiunt; cum, inq; iste gustus
 tate sine temperantia materia, officium eius quod nam aliud
 erit, nisi tam incensum appetitionibus, q̄ extremi vultu oblecta-
 tionibus frenum iniicere, moderatum q; taliter adhibere, ut
 nihil contrapreexistum rationis sono faciat; sed cui tempus
 compos sit, atq; dominus actionum suarum.

In Sane sententiam audi. D. Aug. de morib. Eccl. c. 19. Tem-
 perantia, inquit, munit. Et in concordiis, sedendis q; cupiditati-
 bus, quibus insidiamus ^{in se} quæ nos auerunt à legibus Dei
 et à fructu bonitatis eius quod est beata vita.]

Audi etiam D. Prosperum fugis ac distinctis idem munus
 huius virtutis explicantem. Temperantia temperantem facit,
 Abstinenciam parcam, sobriam, moderatam, pudicam, tactam, rei-
 um, verecundam. Hæc virtus si in animo habitet, libidines
 frenat, affectus temperat, desideria sancta multiplicat, vi-
 ciosa castigat, omnia intra se confusa ordinat, ordinata
 corroborat, cogitationes pravas remouet, inuicem sanctas, ignem
 libidinose voluptatis exstinguat, animi regem desiderio futuræ
 remunerationis accendit, ^{mentis} placida tranquillitate congo-
 nit, et totam imper. ab omni vitiorum tempestate defendit. ⁶⁰

Quædam ex his functionibus non idem attributa sunt tempe-
 rantia, quod proprij eius aliter sint ab ea immediate elicitis;
 sed quia preparant ad alios Virtutes, et Maxime ad
 contemplationem rerum diuinarum. Inde omnes virtutes attu-
 tur, augentur, et frequenter promanant. sic videmus ^{sanctas}
 viros tantum tribuere abstinenciam, ut per eam ad virtutum cul-
 tum perueniant. Idem in libello de supplicum virtutibus, con-
 tinenciam, inquit primum in animo collocant, deinde ceteras

Alexander. Virtutes superstruunt. V. Memm. des ipsam agerit. Tam. 1. p. 1.



1160.8

virtutum vocat. quasi exia velut ex p^{er}nu extra prominentur virtute.

36.

Est ergo temperantia cardinalis. i. principalis virtus, quia iniquissimam & vehementissimam delectationem appetitum coercendo versatur, atq; alio inter eas virtutes, ad quae moderationem adhibere delectationi, attinet, primam se obtinet laudem. Unde et temperantia nomen xai: § 10. i. per eminentiam sibi vindicavit.

Temperantia Cardinalis Virtus.

Regulam temperantia necessitas vite presentis indicat, ut non magis hinc in viciu delectationum, q; vita conservatio, sanitatis, bonae Sabitudinis ratio, utilitas q; pacatus, secundum cuius facultati servata virtutate, et Sane. Quocirca Aug. li. de mor. eccl. sic ait. Habet vite temperatus in rebus suis vite regulam utroq; testamento firmam, ut nihil eorum diligit, nihil posse appetendum putet, sed ad vite suae, atq; officiorum necessitatem, quantum satis est, utitur, utenti modestia, non amatu affectu. confirmat hoc eccl. 29. 23. 1. Tim. 6. 8. 2. cor. 7. 29. 30. 31. Luc. 10. 42. Pote vnum est ne

Regula temperantia.

Augustinus De Mor. Eccl. c. 21

Eccl. 29. 21. 1. Tim. 6. 8. 2. Cor. 7. 29. 30. 31. Luc. 10. 42. Toly. Mald. multi alij.

§ 3. De Modestia fruct. spir. 10.

37.

Modestia amplexat temperantia, cum qua similitudinem, et affinitatem habet. Nam sicut Temperantia difficultissimum sibi assumit in moderando cupit, ita Modestia, quod minus est, difficile, respicit. Modestia vox aliquando ita uniuersalis est, ut in quauis virtutis materia locum habeat. Vbi modum stat, sustentari necesse est, sic usus patet. 1. Tim. 2. cum modestia corripientem eos, qui resistunt veritati. Verum specialius, et contractius applicatur huius materij, in quibus mediocri labore exercit in reprimendo, et frenando, intra certum modum coercendo motus, sive interni, sive externi cupiditatis. Primo ergo modestia spei, atq; audacia modum ponit, cum suum motus cohibet, ne ad Excellentiam contra rationis preceptos limite extransit.

Modestia rationalis.

2. Tim. 2. 23.

Modestia in aliter.



WV

Unde nominatur Humilitas sive Pecc. 2. Inimicorrupti + quasi spiritus moderatio.
 bilitate quies et modesti. (i. humilis spiritus) Deinde ira
 foenum inuicis, vel inganis discernendis, et appollam de-
 mentia, vel inguicari iniurijs, et nominatur, mansuetudo.
 tudo. praeterea moderationem affert naturali desiderio, mul-
 ta sciendi, et cognoscendi, et Vocatur Audioritas, cui
 opposita curiositas est. sed haec parva modestia ad interio-
 ru motus passivum pertinent. extenditur autz modestia
 ad motus & actiones exteriores, imo etiam ad resig-
 sas, quae actionibus subserviunt. Quare non solum in dictis
 factis q. sive scita sint, sive per ludum, iocumq. effran-
 tur, honestatis, atq. decentia ratio habenda est: Veru
 in externo cultu, et apparatu, prout personis, rebus, locis
 temporis congruat, debita moderatio est tenenda. Aristoteles
Enimpeleiam nominat modestiam in ludis. Macrobius De
curatorum, cum ex rebus exterioribus dumtaxat Vita neusa-
ria queruntur. Andronicus simplicitatem, cum omnis super-
 fluitas, excususq. ablegatur. Illam partem Modestiam quam
 S. I. S. bonam ordinatorem. Cicero. Graec. εὐταξία, se-
 cundum Dei nuncupavit. i. ordinis conseruationem. Eam sic
 definit ut Modestia sit scientia earum rerum, quae agentur
aut dicentur loco suo collocandarum. In qua maxime spe-
 tatur opportunitas idoneorum ad agendum temporum. Tanta
 aut ibidem Iulius vir est, et loci et temporis, ut quisq.
eam causam sit acturus in itinere aut in ambulatione seu
epre meditare, aut si quid aliud attentus cogitet, non repre-
pendatur, at Soc idem, si in conuiuio faciat, in sumanis vile
atuz in scitia temporis. sed ea, quae multum ab Humanitate discepm +



1810

ut si quis in foro canter, aut si qua est alia magna peruer-
 sitas, facile apparet, nec magnopere admonitionum, et precepta
 desiderat, que autem parua videntur esse delicta, nec à multis in-
 obliigi possunt, ab ijs est etiam diligentius declinanda;
 Et in fidi bus, aut in rudijs, quamvis paulum discrepent, tamen
 id à sciente animadverti solet. sic Vivendum est in vita ne
 forte quid dicatur. Itaq; ut in fidi bus musicorum aures, vel
 minima sentiunt. sic nos magna raptè intelligemus ex
 parui, ^{Et oculos} obtutu, ex superciliorum, aut remissione, aut contra-
 ctione, ex modestia, ex Silaritate, ex riu, ex leuitate, ex re-
 ticeitia, ex contumacia, ex submissione, ex esteri similitudine
 facile in di cadimus, quod eorum apte fat, quid ab officio na-
 turag; deroyet.

similitudo apta.

39.

Sed illa non pretereunda videntur iuridem aut Scio. Decori
 illud (quod scilicet modestia officij) in omnibus factis, et dic-
 ti, in corpori domig motu, & statu cernitur. Idq; positum
 est in tribus rebus formositate, ordine, ornatu ad actionem
 apto. que natura occultant, eadem omnes, qui in namore sum,
 remotum ab oculis, ipsi q; neuitati dant operam, ut q;
 occultissimig; appareant, quarum q; partius corporis usus sunt
 necessarij, eos neq; partes, neq; earum usus suis nominibus ap-
 pellant, quod q; facere turpe non est modo occulte, id est
 ceru. ^{obscurum} est. Itaq; neq; aperta, ^{obscurum} illorum petulantia
 vacat, ne ^{Oratio} ~~obscure~~ obscuro. Nos ergo naturam ^{obscure}
~~obscure~~ si deo bene institutam sequamur, et ad omni, quod
 ab ore ab ipsa oculorum, aurium q; approbatione fugiamus. Itaq;
 manus, sensu, accubatio, vultus, oculi, manuum motus teneant illud
 decorum. quibus in rebus duo sunt maxime fugienda, ne quid
 effeminatum, aut molle; aut ne quid durum, aut rusticum sit.
 Cum autem pulchritudinis duo genera sint, quorum in altero

Tullius, decorum

decorum hinc con- stit.



ve

1272

flagitia. Quia dum minus in appetitu inferiori, ubi eius
 sedes, temperantia perfecta est, adest involuntate, firmaque stat
 continentia & continua pugna reluctatur concupiscentia, eius
 motus & impulsus ita continetur, & cohibetur, ut nullo modo contra
 rationem exiliare sinat, aut se ab illis viciis subiici pati-
 tur. Ergo continentia clarissimum canis & prolixia sustinet, tem-
 perantia victoriam curat, et triumphat. Valde conti-
 nens feras ciuitates rumpit, temperans ex omnibus, ac
 manibus habet; quamquam dum in hac vita mortali sumus
 nunquam ita pacata est concupiscentia, quin sit aliqua pugna,
 praesentim si Daemon, vel Sumerus, atque spiritus commouent
 animales, velphantasiam excitent. Sicuti assidue delecta-
 bili, bella est. Et si autem continentia non habitus, sed dis-
 positio sit, et in dumentum quoddam temperantia, tamen
 dicitur virtus esse, prout virtuti nonnulli quibus rei digno
 lauris.

Continentia
Continetur
gra.

Continentia
Classica canis
temperantia
victoriam.

Continentia
dispositio non
habitu.

Virtus di-
citur quia
laudabilis.

91.

solus in cordum continentia nonnulli latius usurari
 et applicari. In rebus, a quibus consentanum sit et lauda-
 bile, se dominem continere, qua ratione diuina oculis ma-
 nus, linguam, iracundiam, gaudium, dolorem, iracundiam,
 impetum militum, & illam in aliquibus. Item animarum
 & spirituum, custodiam, ciuitatem in officio, exercituum, et
 tuis, equos frenis, canes carceris, belluas immanes, & optis
 continentur. Cic. 1. off. valentia, inquit, sustentantur, non terra
 sui corporis, et obremotione carum, recusat, qui esse aut
 prodesse solent, et in omni vultu, omni cultu corporis et
 praesentibus, v. luptatibus. In praesentibus acceptione continen-
 tia diuina absoluit, et quasi animalia, in materia tem-
 perantia, & in inuicem aliarum virtutum. s. in posteris
 re acceptione, non nisi cum addito restringenti diuina
 quia v. g. continens in continens cupiditatis, bono-
 rum, & a Ratio dicitur et maxima difficultas in

Continen-
tia latius
dicitur.

Cicero,

Continen-
tia non
nec.

Continen-
tia cum addi-



re

resistendo, et expugnando vicia intemperantiae, quae ex eo na-
 citur, quod ut iam dictum est voluptati cadit magis sint
 conaturalis, atque adeo vehementius vigent, et audacius se
 offerunt, cum autem inter species temperantiae, eaque
 luxuriae libidinis opposita est, Castitas proximam sit: =
 hinc fit, ut frequentissimi continentiae nomine castitas in-
 telligatur, sic in scriptura sacra, ut apud patres, quin
 etiam et apud alios scriptores, videat. Reg. 21. 5. Job. 6. 18. &
 2. Mac. 5. 14. 32 secundum Graecae expositionem. Tit. 1. 8. Eccl. 1.
 26. 20. ubi insignis laus dicitur virtutis. omnis, inquit,
ponderatio non est signa continentis animae, q. d. Sicut mar-
garita, pro qua si omnia caperentur, tamen ad sui vilem
eam emisse pretio iudicabitur. vide v. 21. 22. 23. consequen-
 tes. Illud sap. 8. 21. et ut sciam quoniam aliter non pos-
sem esse continens nisi deus deus. Communiter exponitur
 de castitate, sed Florentia Canonici Abulensis in lib. quae
 Meritum nominatur, et Janen continentis, et tempera-
 pientia interpretandum esse continentem, sic enim dicitur
 Eccl. 15. 1. Cui continentis est iustitia, ut continere pro cape-
re usurpatur, sicut sap. 1. 7. & 6. 3. & 10. 2. Quae significatio
 magis congruat cum secunda acceptione. Verissima signi-
 ficatione locutus est Cassianus cum ait, Perfectio castita-
tie à laboriosis continentis rudimentis perpetua tran-
quillitate discernitur. In 3. autem doctorum nostrorum, cum
 tres gradus continentiae, id est castitatis distinguunt, virginatis
 et duobus, 3. conjugalis, quibus pro excellentia cuiusq. maiore
 minimum designatur. secundum illud. Mat. 5. 13. 27. de terra bonae,
quae fructum fert, et facit aliud quiddam trigysimum, ali-
ud sexagesimum, aliud centesimum, ut explicuit Ardanarius
 et postea Hiero. super locum Mat. et li. 5. Iovin. 1. et in
 Apotog. ad Zamarium.



De Castitate 12. fructu spiritus.

93.

Castitas à castigatione dicitur, quippe cuius rei maxima causa peccati remissionem castigari et refronari, iuxta pedagogy sicut ait Arist. qui puerum ne peccare feratur, castigando corripit, ac rationis temperantem reddit. Est vero temperantia pars subiectiva quae verum modum statuit, vel omnino ab ea abstinendo, vel certe secundum coniugij legem moderari circa eius usum se habendo. Appellatur inter alios pudicitia à pudore, sine quo verecundia esse non solet. Unde s. Aug. de Civ. Dei. 14. c. 18. ipse etiam inquit, concubitus conjugalis, qui secundum matrimonium praerogata tabularum praestanturum fit causa libertatis, si qd sit licitus, et sanatus et motus ab arbitrio castro cogitur, sed non solum pudicitia dicitur castitate quomodo ad eum, sed cum ea circumstantia, ut etiam igna ipsa venerit coequeat, qualia sunt oscula, tactus, ingloriosus aspectus & licentia.

Castitas in de dicitur.
 Castitas in de dicitur.
 Castitas in de dicitur.
 Temperantia pars castitatis
 Pudicitia unde dicitur Augustinus
 Pudicitia per se castitatem
 Signa vera in oculis tactus, oscula, aspectus.

94.

sed cum castitas totam qd potest maximam, perfectionem exalta ab virginitate nominatur. Ualq. 1. 2. q. 100. ar. 2. eximium quid castitatis punit esse virginitatem servare, si deo non esse illa pceptum, sed consilium. De qua s. d. m. c. 6. virginibus castitas virginalis, inquit, Hexpos conjugio aut integritas. s. Aug. l. de sancta virginitate. c. 17. virginitas, inquit, est in carne corruptibilitate incorruptionis perpetua meditatio. Meditatio propositum firmum ac constanti, neq. alio numq. non iteratum ac confirmatum indicat. ut fit in societate Jesu per bis iteratam votorum renouationem quibus annis ante ultimam professionem. Virginitas ergo in recto propositum, in obliquo, seu connotato, integritatem includit. Virginitas sine illo proposito quidam integritas naturalis est cum proposito ad tempus, seu cum ipse coniugis, non tam virtus q. virginitatis, qd castitatis staty quidam dici debeat. Deriuatur autem à virore virginis, quibus

Virginis perfectissimae
 Virginis pceptum non est.
 Ambrosius Virginis quae
 Augustinus
 Vota bene renouant societate
 Virginis dicitur requiritur.
 Virginis à virore.



1615
704

Hieronymus.

ut virens fructus calore concupiscentia non est adultera. De
 hac Hieron. ep. 22. ad Eustochium de cult. virg. c. 2. sic
 ait, Cave queso, ne quando dete dicat Deus, virgo Israel
cecidit, et non est, qui rursus eam. Audenter loquar cum
 omnia possit Deus, suscitare virginem non potest post ruinam:
 vult quidam liberare deperam, sed non vult coronare corrup-
 tam. Et quidam profanu scite dixit. Nulla reparabilis
arte lesa pudicitia, deperit illa semel. Verum hoc intelligen-
 dum, si voluntarie, vel iniquitas, vel puritas corporis fada-
 ta, aut violata est, quod accidere solet spermatis procurata effu-
 sione, sequuta, vel per debilitate natura in persona apta non
 secuta post sufficientem procuracionem. Quoniam potius
 mavo lapsa venera in hoc sita. et omnia alia sic re-
 feruntur. ut probat D. Tho. declarat q. Caiet. 22. q. 152
 a. 1. Nam quod factum est, nec per diuinam potentiam
 infelam esse queat. sapienter vero D. Aug. 1. de ciui. Dei. c. 13.
 Neq. enim co[n]surgit corpus sanctum, quod eius membra sunt
integra, atq. id quod nullo contatatur actu, cum possint
diuersis casibus etiam vulnerata vniuersis. Et medici aliqua
do saluti optulantes, hoc ibi faciunt, quia sorsus aspectu. Et
 adijcit de quadam virgine, cuius integritatem forte tuit
manu velut explorans, siue mala uolentia, siue inuidia, siue
casu, dum inopi de perdidit. Non opinor, inquit, quodam + quemquam
stulte sapere, ut superius aliquid existimet, etiam
de ipsius corporis sanctitate, quatenus illius integritate iam
perdita. Dicit preterea ibidem. quis rana mane putauit
seperdere pudicitiam, si forte in apprensione, vel oppressa carne
sua, exerceatur, & expleatur libido non sua? etc. 25. si illa in-
 quit, concupiscentialis inobedientia, que ad huc in mem-
bis moribundis habitat, preter nos hanc voluntatis legem,
quasi lege sua moueatur, quanto magis absq. culpa est in
corpore non consentiente, si absq. culpa est in corpore dormientis!

95.

20



Sed et aliorum virtutum virginitatis Deo per votum conse-
 crata. De qua idem s. P. Aug. l. de Sta. Virgini. c. 8
Per virginitatem integritas carnis ipsi creatori anima
et carnis vouetur, consecratur, seruetur. Et c. 11. Nec
nos, inquit, Soc in virginibus predicamus, quod virgines
sunt, sed quod Deo decata pia continentia virgines. Co-
 catus est secundum regulas Theologia Christiana, scun-
 dum quam illae virtutes in praeis habentur, quae in Deum re-
 feruntur, qualis est religiosa castitas, per quam non so-
 lum abstinet quis ab omni venerea voluptate, sed omnino
 etiam sibi admittit ea utendi facultatem, per voti obligati-
 onem. Et per hoc impletur illud xpi consilium Mat. 19. *Matth. 19. 12.*
sunt Cuncti qui se castrauerunt (scilicet casti facti sunt) propter
regnum caelorum. quod praesertim explicat idem P. eodem
 lib. 1. c. 23. 24.

Virginitas
Voto conse-
crata.

Digressio.

In virginitatis commendationem.

96.

Nullares magis commendat, exaltatue suus angelicae virtutis praeconia, aut
 gloriam ostentat, quam Deiparae Virginis in eam amor, et votum, quod illa
 eius verba non insinuant modo, sed euidenter coarguunt, atque demonstrant.
 Luc. 1. 34. quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco. Haec inquam
 verba, (ut optime declarat vnica fax Luangelistarum Maldonatus noster)
 ita intelligenda, ut angelo Dei interprete velit sanctissima virginum ediscere
 quis modus tenendus sit in concipiendo Dei filio seruata virginitate, cuius
 erat astricta voto, id enim est, Virum non cognosco. nec cognoscere mihi fas
est. Fas autem fuisset, ac licitum, nisi votum Deo iam oblatum, et ante id
 temporis nuncupatum prohiberet. Quare optimus eius mentis interpret, et
 eius purissima voluntatis indagator ad optata respondet, non opus in hoc
 conceptu interuentu viri, aut opera; cum non viri, sed spiritus sancti opus
 futurum sit; atque adeo integra, atque illibata virginitate futurum. Sed illud
 solet in controuersiam adduci, quando nam votum istud emissum. Varie autem

Luc. 1. 34.

Maldonatus
laudat

Virgo
conceptura
spiritum

Sentiunt

Handwritten mark

Decorative flourish

161
705

sentiant Hebræi doctores. Verum is, qui affirmant ante desponsationem Josephi, non opinor, contradicent, si asseramus, vel cum in templo collocata est, et Deo dicata, ut idem Maldo natus videtur fuisse, vel ab instanti sua conceptionis im-
maculata, ut alijs placet, sese ipsam Deo, et per petuam simul virginitatem
deduisse. quid enim obstarat, si extunc rationis usu prædicta agnouisse Deum,
et se totam Deo dicasse dicitur. Cur non simul præciosissimam gemmam suæ
pudicitia, quam summæ Trinitati gratissimam Spiritu sancto docente in-
telligebat non vel optimo, vel perfectissimo, quo posset, modo dedicaret, ac
peroueret?

12.

Verum illud animaduersione dignissimum, quod virginitatis laudem ma-
xime effert, et præconia superat. Hebræi certe semina, et quæcumque
in illo populo israhelico sciebant ex eo genere nasciturum regem, quem
Liberatorem expectabant, ingenti affectu, et desiderio animi aspirabant
ad nuptias, si forte possent tanti boni participes fieri, ut vel ipsis, vel ex pos-
teris ipsarum expectatus Christus nasceretur. Atque desiderium aliis à
natura ingitum hoc prætextu aut augebant, aut minus indecorum sibi per-
suadebant. At Summitatis magistra mater unica pudicitia primum se
tanta felicitate indignam iudicauit, ut Dei genitrix, vel imbraticæ esset;
Deinde in virginalem pudicitiam, cuiusque amorem mirum in modum
exarsit in flammatæ que est. qua propter non solum nuptias non exopta-
uit, aut appetiuit, verum quantum potuit effugit, nuncupato etiam voto,
(ut dictum est) perpetua virginitatis. Quotamen non obstat ante nec re-
tractato collatens Josepho propinquo suo ex genere Davidico despon-
sata est. Ex diuina pro missione certa, et ex vii sancti simili voto etiam
præuia Dei reuelatione secum sui voti semper seruandi. sciebat enim
virum illum potius ad custodiam, quam ad coniugium firmitus dactam.
sed ecce Dei consilium mirabile. Maria inter omnes mundi feminas
à Deo eligitur, que Christi mater esset. que gratia impleta dominum
conciperet, interque mulieres hanc singularem benedictionem sorti-
retur. Nempe dictum verum. Honores fugiunt ambientes, perse-
quantur fugientes. Omnes que desiderio flagrabant regali partus,
relicta sunt; una, que tanto se honore reputabat indignam, in thronum
sublata est. qua nuptias optabant, repulsam tulerunt, qua non appe-
tebat, sola meruit eo peruenire. qua via fugit, ea peruenit. Nam,
quia Sumilis, exaltata; quia virgo, in matrem Dei electa. Unde est illud
Bernardi non minus graue, quam acutum. Humilitate placuit, Vir-
ginitate concepit. Discite sine Virgines castitatem amare, discite
femina Sumilitatis virtutem donulari, discite optare, quod melius,
modo quod optimum est, ut eo perueniatis, quod cupitis, et vobis fe-
licitas est. Hæc nos obiter atq; aduè breviter de re qua longior
fuit disputationem requirit. Legat qui vult eruditissimam qua
Stonem V. B. Virgo omnium prima Virginitatis voto se obstin-
terit: apud nos hæc societatis eruditissimi virum francis
cum de Mendoch Insitanti in Viridario sacra et profana eruditi-
nis, De floribus sacris Problemate 6. libri 2. Vbi qua hæc desiderium
si possit, abunde cumlata & eleganter exposita reperiet. Huius digress-
sionis occasione, de Virginitate pœma Versibus ludens herodis impo-
sui, quod seorsim Deo auspicio excusari debet.



Aduersus huiusmodi non est lex. Conclusio intenta, id enim probandum suscepit Apostolus. sub lege non esse, qui spiritu ducuntur. At quomodo probauit? Primum ex discrimine carnis, et spiritus, deinde ex effectibus utriusque, quibus explicans. Quis hactenus immoratus, tandem infert legem quidem non contra spiritum, aut eius fructum, sed contra carnem potius, atque eius opera militare, et pugnare. Caro enim legem indiget frenante, et coercente prauos mores, et rebelles impetus à rationeque dissidentes cupiditates, non verò spiritus, qui velut generosus equus abagis vinga sine calcaneibus seorsum pareret. Unde Chrysostomus, quid enim ait, illi precipias, qui omnia in se habeat etiam perfectam philosophiam magistram charitatem. quemadmodum enim equi freno morigeri non opus habent scutica, sic et anima, que impulsu spiritus recta facit, non eget admonitrice lege.

Similitudo equi obsequentis se Chrysostomus Charitas philosophia magis

Huiusmodi fructus scilicet, ut intelligunt Lomb. Dionys. Clar. et plerique alij. Sed Cathar. Salm. Claud. Valsg. Somines intelligunt, in quibus spiritica est locutio, et in fructibus, et operibus auctores per metonymiam significatur. His itaque non est lex grauis, aut inimica, sed potius familiaris, facilis, et beneuola, et quidem consonum est, si aduersus spiritus actiones lex non pugnat, neque suas minas intentat: si has nec arguit, nec condemnat, ut aduersus eos, qui spiritum ducem sequuntur, nullam vim, nullam potestatem obtineat; si namque mala facta derunt, que lex prohibet, imò radicem crucifixerunt malefactorum, ut statim dicetur Versu 24. quare eis non videtur esse lex posita. Nam 1. Timoth. 1. 9. Lex iusto non est posita, sed iniustus, et non subaltis, impijs, et peccatoribus, sceleratis et contaminatis, parricidis, et matricidis, homicidis, fornicarijs, maculorum concubitoribus, plagiarijs, mendacibus, per iuris, et siquid aliud sana doctrina aduertatur, quod est secundum euangelium glorijs beati Dei, quod creditum est mihi.

Lombardus Dionysius Clarus, et alij Catharicus Salm. et non Claudius Valsg. Metonymia

1. Timoth. 1. 9.

Caietanus sic hunc locum interpretatur. Cur non estis sub lege, qui spiritu ducimini, quia aduersus spiritum non est lex. exemptio enim operum spiritus à pena legis exempti spiritus fructos à seruitute legis. et addit. Sic intellige nullam legem precipere aduersus virtutis actus, atque ad eod. nec principem etiam ecclesie posse precipere. Prima scilicet, non est lex, id est, non ista prohibuit, et qui nouum implet, non est veteris testamenti. Hec ille. unde patet de Moray ea lege sic sermonem esse, quod ego non dubito, saltem ex primaria intentione Apostoli, et si omni legi possit accommodari, ut supra Versu 18. 10. pluribus explicatum est.

Caietanus Nulla lex, nec summi principis ecclesie potestatis potest virtutibus actus De lege et alij sic hunc est

Estius agnouit extenuationem in hoc dicto, plus enim tacetur, quam explicatur. sic enim amplificandum. Aduersus huiusmodi spiritus fructus, siue spirituales viros cuiusmodi fructus proferentes, non est lex minas intentans, qui taliter operantur, regnum Dei se egregia merita possidebunt. Verum aduersus praua opera carnis, aduersus vitia, et viciosos homines, qui suis subditi sunt concupiscentijs, lex stabilita est, que minatur semper, penas inducat, reos facit, mulctat, et sub maledicti censura, quasi sub hasta, aut gladio oppressos tenet.

Estius Extenuatio

Constat igitur obquatuor rationes, aduersus huiusmodi non esse legem. 1. quia, si ex hanc virtutum prescripto vita ducatur, opus lege non est. 2. quia, in hoc lex non animaduertit, ob id neque legi seruiunt, neque legem eius minas metuent. 3. quia proueniunt ipsam legem, dum iustis legis iussa exequuntur. 4. quia, que his aduersetur, nulla potest lex consuetudini. sic Lepionensis.

Rationes suis dicitur. Legio Lepionensis.

163
1618
1789

97.

97.

98.

99.

100.

V. 24.

TEXTUS

796

V. 24. Qui autem sunt Christi carnem suam crucifixerunt
cum vitijs, et concupiscentijs.
V. 25. Si spiritu viuimus, spiritu et ambulemus
V. 26. Non efficiamur inanis gloriae cupidi, inuicem prouocantes,
inuicem inuidentes.

Ar.

V. 24. Qui autem Christi, carnem crucifixerunt cum affectibus, et con-
cupiscentijs.
V. 25. Si uiuimus spiritu, spiritu et ambulemus
V. 26. Non efficiamur inanis gloriae ^{cupidi}, alij alios prouocantes, alij alijs
inuidentes.

Syr.

V. 24. Qui uero sunt Meschicho, carnem suam crucifixerunt cum
omnibus perpeccionibus eius, eiusq; desiderijs.
V. 25. Vitaamus ergo spiritu, et spiritu perficiamur.
V. 26. Ne efficiamur inanis gloriae alter alterius parui pendentes, et
alter alteri inuidentes.

Era

V. 24. Qui uero sunt Christi, carnem crucifixerunt cum affectibus,
et concupiscentijs
V. 25. Si uiuimus spiritu, spiritu et ambulemus
V. 26. Ne efficiamur inanis gloriae cupidi, inuicem nos prouocantes,
inuicem inuidentes.

Theoria 1. in V. 24.

De conhaerentia Suius versus cum precedentibus.

Quidam referunt ad versum decimum tertium superiorem idem sic iterum ad mone
ri Galatas, ne existiment se licentiam habere per cupiditatum liberos, latosq; campos
euagandi, quod per dona spiritus a lege sint exempti Mosaiica; potius intelligant
arctius constrictos per spiritum, ut pote cum Christo crucifixos. Ita Legion, a quo
non valde secernitur Salmeron noster, dum ait, explicari hoc versu aduersus quos
non sit lex; nimirum aduersus eos, qui crucifixerunt carnem. etc. Caietanus ait
sic exponi quo modo se debeant haberi a lege per spiritum exempti, circa ea, que
sunt carnis, ut ea scilicet cruce affigant, si quidem sunt Christi perfecti imitatores.

1.



Primasius Sine probari ait legem necessariam non esse. si enim, inquit, simul vicia crucifixa sunt, et caro quasi pendens nihil concupiscit, ad quid nobis Lex, = que data est ad vicia coercenda. S. Thom. declarari asserit his tribus versibus, s. quomodo dixerat, spiritum habentes non esse sub lege. Et autem ex parte Spiritus, deinde ex parte carnis declarari. Cornelius sic ordinat, ut subintelligatur complexio superioris antithesis, ac belli inter carnem, et spiritum, q. d. Hi milites hae acies, facit opera carnis, et spiritus, et sequatur qui vero sunt Christi milites, eius spiritu aguntur, viuunt, militant, hi carnem crucifixerunt. quam connexionem s. Anselmus indicauit. sunt, inquit, qui aciem complectuntur virtutum, qui contra viciarum reluctantur exercitum, nempe qui sunt Christi possessio, ac membra, atque eius vestigia passione sequentes, cruciauerunt carnem suam, siue corpus cum exteriori operatione, interiorisq; consensu.

2 Et si sententia istae sint verae, tamen mihi videtur menti Apostolicae maxime conuenienter dici, declarari hoc versu primam radicem, causamq; veram, = ob qua legis antiquae dominati sunt exempti, atq; immunes, qui spirituales sunt, spiritumq; ducem suarum actionum sequuntur. Non est vero alia causa, nisi pristinae vitae in nouam commutatio, quae in Christo, siue per a mortuis resurreximus. sic Augustinus, et Clemens in lib. informat. = qui sic ait. quid vero singulas virtutum species recenset, sunt enim, qui crucifixerunt. etc.

Scholia in V. 24.

3 qui autem sunt Christi. id est, qui ad Christum pertinent, scrip. qui ex parte sunt Christi, eius ue possessio, aut membra, Ansel. qui vere tendunt ad Christum Deum. Christiani perfecti, et consummati. Caietanus. Christi discipuli, et eius crucis imitatores, alij, qui habent Spiritum Christi. S. Thom. ex illo Rom. 8. 9. Siquis autem Spiritum Christi non habet, hic non est eius.

4 Singulariter Ambrosius, qui sumit in nominatiuo numeri multitudinis, = Christi, quasi perfecti Christiani, quidam Christi sint, per imitationem, siue quia Christum induerunt, et representant; verum repugnant Graeca, quae sic habent οι δε το Χριστ, quae recte vulgatus interpret reddidit. qui autem sunt Christi, in casu patrio. P. Salmeron refert quosdam reddidisse autem; et hanc coniunctionem havelton fecisse, id est, redundantem. Sed lectio nostra aptior est, quam fere omnes retinent translationes. Origines referente Erasmus mutauit sententiam ita legens, qui Chricarnem crucifixerunt, ommissa coniunctione; carnem vero Christi, nostram, qui Christi membra, et caro sumus, interpretatur Hieronymus cum Augustino, Carnem suam, id est, quicquid viciarum



in ipsis et corruptum à natura est, scrip. radicem morbi s. Thom. hoc est, fami-
 lē, seu sensualitatem, vel corpus, vel naturam viciatam, seu concupiscenti-
 am, quæ in anima existens per carnem excitat ad malum. Cornelius item vete-
 rem hominem. Rom. 6. 6. Ep̄. 4. 22. Colos. 3. 9. Mundum, Ambrosius
 infra referendus.

Crucifixerunt, id est, mortificauerunt. s. Thom. cruciauerunt, s. Ansel. Ci-
 ximus supra c. 2. circa V. 19. De varijs modis crucifigendi secum Christo.
 Possunt omnes huic loco convenire, sed communis expositio pertinet ad
 Christi imitationem per mortificationem continuam, et vitam austeritatem.

Mortificauerunt (inquit) Hugo Card. in se per prudentiam vicia, et mala
 desideria, id est, quasi præciderunt opera peccatorum, tamquam malas ser-
 bas, atque hoc modo poterunt hos bonos fructus portare. Crucifixerunt, in-
 quit, ut sic non moueantur ad mala opera, vel desideria, sed viuant spiri-
 tualiter. Unde s. Thom. quare, inquit, non dixit, vitant peccata, et concupis-
 centias? quia uti peritus medicus, causam inquirens morbi, illi applicet
 medicamina, caro autem radix viciarum est. Hanc oportet mortificare.

Quoniam verò mortificatio hæc per deuotionem Christi, et crucis assumitur,
 ideo crucis nomine appellatur; et crucifigere carnem est illam mortificare.

Sed quia ut ait Apostolus; Nemo carnem suam odio habet, addit, cum vi-
 cijs, et concupiscentijs, id est, cum peccatis, et passionibus. Nemo enim bene
 crucifigit carnem, qui etiam passionibus locum non aufert. Sacerus s. Tho.
 vicia exteriora, concupiscentias interiores explicat. Carthus. similiter vicia
 ad operas, concupiscentias, ad desideria refert, Lomb. ar. Hugo Card. An-
 selm. Verum Græce prior loco παθήματα, id est, passionibus, per passionibus,
affectionibus, scilicet vicijs; posteriori ἐπιθυμίας, id est, concupiscentijs, de-
siderijs, cupiditatibus. Prius nomen indicat potentiam, seu dispositionem,
 propensionem, habitum, consuetudinem deteriore; quod sonat etiam
 vicijs; posterius ad actum, seu actionem refertur, vel interiora, vel ex-
 terius etiam apparentem quare recte Caiet. exponit passiones animi, et
motus carnales. sic enim ait. Incipiunt quandoque ab anima, quandoque
à carne, Sed quæ domanda sunt simul cum carne, ideo addidit, passio-
nes animi, et motus carnales. quia non sufficit cruciatus carnis aboque
cruciatu passionum, et motuum carnalium.

Theoria 2.
 De spiritali cruce christiani propria.

Christiani ab ea vunctione, quæ fit in Baptismo, quæ Græce Χρῖσμα vocati
 sunt, ut testatur author sermone de vunctione chrisimatis, apud Cyprianum,
 quem citat Valsq. in 3. p. to. 2. Disp. 166. c. 6. ubi etiam refert subscripta
 testimonia. 1. Austini Martyris, qui ait, Nos in baptismo ungi oleo, ut
vincti, et Christi dicamur. 2. Damasceni affirmantis per vunctionem olei
 in baptumate nos fieri christos, et Dei misericordiam nobis annunciar;



Christi patibula. Non minus aptè dices, Religiosum virum, qui perfectionis proficitur
 statum, tribus clavis aureis quidem esse cruce confixum. Hi sunt tria vota, quibus
 se Deo consecrauit, paupertatis, castitatis, obedientie. Contraque vota, siquid facit, pro
 culdubio clauum excutit, vt liberè operetur, siquid tamquam proprium possidet, dat,
 accipit, aliterve disponit, paupertatis clauum eruit, et sinistram manum, non liberam,
 sed cum labore plurimo pendentem, relinquit, si delicijs corporis, et carnalibus oblecta
 tionibus vacat, castitatis clauum extrahit, et manum dextram cum periculo maiori
 à cruce remouet. si liberè, ac sine presulis facultate contra prescriptas ordinationes
 aliquid agit. clauum obedientie eximit, pedes, dum libertate donat, ad præcipitium
 impellit. Itaque cum putat se fore liberum à Christi cruce, in suspendium incidit dia
 bolicum, vt possit, licet diuerso quam Iobus dicere sensu, suspendium elegit anima
mea. Omiserime, quiste furor obcaecauit tanta infusa caligine, vt dum clauos au
 reos, atq; salutare refugis, ferreos admitteras, et crudelissimos. etenim durius genus
 crucis est, cum diabolo, aut cum latrone blasphemio, quam cum Christo esse crucifi
 xum. Criminosos verò, ac sceleratos homines cum diabolo esse affixos diro ligno, supra
 dictum iam est ex Hugonis Cardinalis sententia. vide c. 2. ad V. 19. §. 3. concruci
figitur. Præterea non inuenies, inquit, qui se ipsum in cruce positus occiderit. qua
re qui se nimis affligendo occidit, cunctis est peior crucifixoribus. quam animam
 versionem etiam hic S. Thom. Sabet. Docemur, inquit, in eo carni repugnandum, in
quo victorum causa est; mortificanda ergo, non mactanda, domanda, non abo
lenda; dixerat autem, quod supra nota uimus. Non bene crucifigere carnem, qui
 passionibus locum non aufert. quod repetit Caietanus cum ait. Non sufficit cruciatus
carnis absque cruciatus passionum, et motuum carnalium. Non piget hæc sepius
 iterare, quod videam à paucis obseruari. Utinam ad eos hæc doctrina perueniat,
 quibus appropinquè est necessaria. Faxit Deus, vt audiant, et intelligant, qui penitentia
 et mortificandi corporis zelo feruntur, tamen quibusdam contenti exercitationibus
 corporis macerandi duntaxat exterioribus, interiores autem passiones cohibendi nu
 lla cura tanguntur, odium, tristitiam, iracundiam, inuidiam, vindictæ cupiditatem in
 tra pectus occidunt, imo et foras sepe erumpentia, minime, vt par est, coercent, ac
 premant, imo corpus verberare, cilicio, inedia, vigilijs, alijsq; penis libenter assump
 tis, affligunt, extenuant, et pene enecant; sed animam, quicquid libitauerit, agere,
 aut concupiscere absque ullo scrupulo, aut conscientia remorsu permittunt. Hi pro
 fecto, et si volunt, dantq; sepe operam, et ex corde proponunt à criminibus absti
 nere lethalibus, tamen nec ab his omnino se extricant, atq; eximunt, et veni
 alibus defectibus, qui ad maiora, et grauiora crimina viam aperiunt, scatent, atq;
 redundant. quibus illud Apostolicum aptari facile potest, exercitatio corporalis ad
modicum utilis est. sed de Sacre plura supra dicta sunt c. 2. ad V. 19. Vbi quot modis
 cum Christo cruce affixi dicamur, expositum est.

13.

Theoria 4.

De duplici mortificatione

14

Est verò duplex mortificatio, quam cruceem diximus spiritualem, seu mysticam,



alora

Theor. 4. De duplici mortificatione

altera, quam nos ipsi nobis paramus, sponte tollimus, et haud iruiti subimus. Haec continet
carnia, vigilias, verbera, saccum, cinerem, aliosq; labores ex virtute assumptos coercenda
carnis, et cohibendi appetitus gratia; altera, quam alij nobis erigunt, sed etiam nos, et si
hostili paratam odio, laet tamen, et alacres suscipimus, et ascendimus. Haec illa est, quam
per contumelias, iniurias, probrâ, cruciatus, carceres, ferrum, et ignem tyranni in christi mor
tyres intentarunt. quae si priori grauior est, prior tamen ad hanc posteriorem facilius sustinen
dam viam exsternit. De priori intelligitur hic locus, et si nihil vobis, quin applicetur etiam
posteriori. De priori mortificationis ratione, qua sponte se homines pii affligunt, interpre
tati sunt Sicut ver. sum. 24. Anselmus, et Hugo Card. ut patet ex subiectis inferius eorum
sententijs.

De posteriori ille locus propriè accipiendus. 2. Cor. 4. 8. 9. 10. in omnibus tribulationem
patimur, sed non angustiamur, aperiurur. (id est, egemus, vel perplexi sumus ad
inopiam redacti consilij, aut victus, opem diuinam speramus) sed non destituitur, per
secutionem patimur, sed non derelinquimur, dericimus, sed non perimus, semper mor
tificationem Iesu circumferentes in corpore nostro, ut, et vita Iesu manifestetur in corpo
ribus nostris. Semper enim nos, qui viuimus in mortem tradimur propter Iesum, ut, et
vita Iesu manifestetur in carne nostra mortali. In Hispanorum gratiam sic verba. En
todo Sallamos tribulacion, mas no nos abogamos, aprietan nos los cordales Sasta mas no
poder, pero no desfallecemos, persecucion padecemos, mas no somos desamparados, des
perian nos mas no perecemos. Siempre por donde quiera que vamos lleuando conosco
nos la mortificacion, esto es la cruz del Iesu christo para que la vida de Iesu se manifieste
en nuestros cuerpos. Porque siempre nosotros que como veyes estamos viuos, somos en
tregados ala muerte por causa y respecto de Iesu para que en nuestra carne mortal
se descubra la vida de Iesu. Quæritur quam ratione vita Iesu manifestetur. 1. si
cut in speculo apparebat in afflictis corporibus discipulorum, et passio, et vita Christi
Domini ad cuius imitationem illi, et vitam suam exigebant, et continuo patiebantur. 2.
quemadmodum Christus per virtutem diuinitatis in ipso latentem, etiam mortuus in se
pulchro, potens erat, et se ipsum suscitare, ita in medijs mortibus Apostoli, per Christi
virtutem intra ipsos latentem, viuis apparebant. 3. qui videbant Christi predicatores
tam sepe cum morte collectantes tamen adhuc viuentes, quasi à morte suscitatos, non
poterant non inde sumere argumentum Christi resurrectionis, et vitæ immortalis, cu
ius et virtutem, et imaginem in mortalibus discipulorum corporibus intuebantur. 4.
Hæc eadem virtus Christi viuentis in suis membris, hoc est in fidelibus, Apostolis
spem certam faciebat, eos post mortem extremam resurrecturos cum Christo, id est,
ad similitudinem Christi, ut vitam viuerent immortalem. Hoc est illud Rom. 6. 8.
Si autem mortui sumus cum Christo, credimus quod viuemus cum Christo. et Rom. 8. 17.
Si autem compatimur, ut et conglorificemur. 2. Timots. 2. 11. Nam si cum mortui su
mus, et conuiuemus, si sustinebimus, et conregnabimus. Hoc igitur affirmat Sic idem
Apostolus, mortificationem circumferimus, id est, in mortem tradimur, ut vita Iesu
immortalis in futura resurrectione manifesta fiat, in nostris corporibus, seu in nos
tra carne, quæ nunc mortalis est, tunc immortalitate donabitur. Ergo vita Iesu
vel est conuersatio eius ad huc viuentis inter homines, vel resurrectio eius, seu =



resurrectionis indicium, vel virtus illius, que conseruabat suos, que argumentum erat vite eius immortalis in celo, vel similitudo eius vite immortalis.

Similis locus est ille Rom. 8. 35. quis nos separabit à charitate Christi tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius. Septenarius hic numerus vniuersitatis rerum omnium aduersarum symbolum est: in quo continentur fere expressa iisdem vocabulis quatuor antitheta loci modo explicati ex epistola ad Corin. 1. 4. quare alter alterius vice commentarij esse potest, ut patet in ijs, que sequuntur, sicut scriptum est Ps. 43. quoniam propter te mortificamur tota die, aestimati sumus sicut oves occisionis, sed in his omnibus superamus propter eum, qui dilexit nos. sed nota quam aptè si duos loci sibi respondent, Mortificamur tota die respondet semper mortificationem Iesu in corporibus circumferentes. Aestimati sumus sicut oves occisionis, id est, semper in morte tradimur propter te, id est, propter Iesum superamus, id est, non angustiamur, non destituimur, non perimus propter eum, qui dilexit nos, id est, Iesum, cuius vita per gratiam tribuit, vincenti virtutem in omnibus, quia in omnibus tribulamur et Lege si libet Ps. 43. recognosce descriptas diuinitus Martyrum tribulationes, et persecutiones, ut explicat Cardinalis Belarminus appositè.

De priori mortificationis ratione, qua sponte se homines pij affligunt interpretati sunt Sicut versus 24. Anselmus, et Hugo card. ut patet ex subiectis eorum sententijs. Anselmus post illa superius posita; Potest, inquit, et de his, qui intentione remunerationis supernæ carnem ieiunij affligunt, sic sententia specialiter intelligi, cum vicijs quippe, et cum concupiscentijs carnem crucifigimus, si sic gulam restringimus, ut iam mundi gloria nihil queramus. Nam qui corpus macerat, sed sonorus anhelat, crucem carni intulit, sed mundo per concupiscentiam perus viuuit. Latronum crura fracta, sunt, ut citius morerentur, quoniam in cruce inuenti sunt ad suum viuere. Ioan. 19. et nos debemus cibi, et potus adminicula, quibus sustentatur vetus homo noster, subtrahere, ut citius moriatur sibi, et viuat Deo. Hugo Card. sunt, qui carnem crucifigunt, sed non ut dicit Apostolus, quidam inedia affligunt, ne aprotent; quidam paupertatem patiuntur, ne sint pauperes, ut avari. Hugo idem, filij carnis, id est, desideria sunt cruci subfigenda. 2. Reg. 21. 6. Ventur nobis septem filij Saul ut crucifigamus eos domino. Saul, id est, abutens. l. petitio significat carnem, cuius filij desideria sunt carnalia, qui se vicijs crucifigunt, non verò concupiscentijs, manus solas crucifigunt, non pedes, qui verè amant Christum, et pedes, et manus affixas clauis habent, uti seraphini, Isa. 6. 2. qui crucifixi representatur. et pedes, id est, affectus, et caput, id est, sensus, seu operationes velant, quasi ad vnum non habeant. vide supra c. 2. V. 19. Veramque mortificationem continet ille versus Ps. 72. 14. Secundum varias interpretum versiones, seu expositiones, et sui flagellatus tota die, et castigatio mea in matutinis. sic vulgata versio, qua insinuat proprijs manibus assumpta mortificatio. Nè dissentit Enchiridion, frustra totum diem vapulo, et totam noctem castigor. sed Paraphrasis Campanensis alienam manum indicat, si inquit, flagellabar enim assidue ab impijs, et increpatio mei summo mane capit. Hunc versus 24. Carpere eos, qui solam fidem sufficere arbitrantur ait Primum.

V. 25. Si Spiritu viuimus, spiritu et ambulemus

scholia.

Si Spiritu viuimus. supponit eos, qui crucifixerunt carnem, et quoad exteriorem hominem mortui cum Christo fuerunt, simul cum illo resurrexisse, et quoad interiorem hominem viuere, nimirum Spiritu, seu vita spirituali. quod sic explicat:

Anselmus. qui cum vicis carne mortificati sumus, iam virtutibus Spiritu viuimus.

quo supposito concludit, et infert, quod supra V. 16. proposuerat, spiritu ambulandum.

Ait itaque, si spiritu viuimus, spiritu et ambulemus. Caiet. siquidem intra

spiritualiter viuimus, simul igitur extra spiritualiter ambulemus, exteriora opera respondeant interiori vitæ spiritus.

Hugo Card. Spiritu ambulemus, id est, secundum doctrinam spiritus sancti; vita deprehendatur in animali ex motu, et

sensu, id est, si mouearis operando bona, et sentias audiendo vera. Chrysostomus.

Nos intra Euangelij cancellos contineamus, nec sequamur legis deuia, ac præcipitia.

Primasius, cui satis est Christi gratia, cum vult illi legem adijcere, is certè præcipitium quærit.

Occumenius, gratia, non lege saluari quæramus. s. Thomas, cum ab eodem principio sit vita, et motus, qui spiritu viuunt, spiritu etiam moueri debet.

Alioqui simile monstrificerit, si non sequatur anima ductum spiritus, à quo viuunt

per gratiam, sicut sequitur animæ ductum corpus, quod per eam secundum naturam viuunt.

Actiones igitur vitam sequantur. Bonæ operationes signa sunt, quod viuimus spiritualiter, et quod spiritus sanctus viuunt in nobis, sicut motus exterior

signum est, quod adhuc sit anima in corpore; e contrario (Greg. ait) motus exterior indicat, quod interior nulla stabilitate subsistit.

Habet autem maiorem vim oratio per adhortationem enunciata, quam simpliciter collecta conclusio habuisset.

Persona autem prima usus est, ut suo exemplum

tior esset, efficaciorq; adhortatio, vel (ut ait Caiet.) ut ostendat se doctoribus loqui, quos sic describere fuit animus Apostoli, ut ex moribus cognoscerentur, qui non

essent boni doctores, et cauerent ab eis Galata. Vide V. seq. 26. 1.

Ambulemus. Græce ἑκτάμω, id est, composito gradu, seu ordine seruato procedamus, veluti milites ad sonum tympanorum gradiuntur; et qui sacra ferunt

certo procedunt ordine. Absurdum quippe fuerit, quorum sit spiritualis vita, eorum carnalia esse opera.

Amb. 1. off. Cauemus, inquit, ne dum relaxare animum volumus, soluiamus omnem armoniam, et quasi concentum bonorum

operum. Incessus personam indicat. Cant. 7. 1. quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis filia principis.

Aeneidos 1. et vera incessu patuit dea. =

Scilicet igitur carne suffixa cruci, et necata viuamus necesse est per spiritum Dei, qui idem et Christi est.

Unde efficitur, ut quemadmodum vita, sic etiam opera nostra referant Christum.

quocirca uti periti, et strenui saltatores ad riuum motus dirigamus intra chorum saltantes, attentis animis arrectis auribus ad concentum spiritus.

Occum. si ad voluntatem spiritus viuimus cruci figamus carnem, id est, spiritu ambulemus.

Austen. Duplicatione ait, occum. si ad voluntatem spiritus viuimus cruci figamus carnem, id est, spiritu ambulemus.

Austen. Duplicatione ait, occum. si ad voluntatem spiritus viuimus cruci figamus carnem, id est, spiritu ambulemus.

Austen. Duplicatione ait, occum. si ad voluntatem spiritus viuimus cruci figamus carnem, id est, spiritu ambulemus.

Austen. Duplicatione ait, occum. si ad voluntatem spiritus viuimus cruci figamus carnem, id est, spiritu ambulemus.

Austen. Duplicatione ait, occum. si ad voluntatem spiritus viuimus cruci figamus carnem, id est, spiritu ambulemus.

Austen. Duplicatione ait, occum. si ad voluntatem spiritus viuimus cruci figamus carnem, id est, spiritu ambulemus.

Austen. Duplicatione ait, occum. si ad voluntatem spiritus viuimus cruci figamus carnem, id est, spiritu ambulemus.

Austen. Duplicatione ait, occum. si ad voluntatem spiritus viuimus cruci figamus carnem, id est, spiritu ambulemus.

Austen. Duplicatione ait, occum. si ad voluntatem spiritus viuimus cruci figamus carnem, id est, spiritu ambulemus.

Austen. Duplicatione ait, occum. si ad voluntatem spiritus viuimus cruci figamus carnem, id est, spiritu ambulemus.

Austen. Duplicatione ait, occum. si ad voluntatem spiritus viuimus cruci figamus carnem, id est, spiritu ambulemus.

1.

2.



3.

Anselmus quod v. precedenti 24. communiter dixerat, nunc ad eos retorquet, ad quos scribit, eis vero se cannumerat, ut intelligant sibi etiam velle id, quod sortatur. Nos etiam, inquit, Christi sumus, ideo spiritu quo capimus ad maiora promoueamur semper ad ulteriora currentes, quia nemo tam sanctus in hac vita, qui non passim adhuc quotidie proficere. Cum de spiritu sancto hic, et alij doctores sunt esse sermone dicunt, intelligendi sunt, ut supra iam diximus de gratia spiritus sancti. Hec enim est initium, et caput vite nostre spiritualis. Est vero efficax argumentum si per spiritum gratia vitam adepti sumus, et non per legem, que mortem minatur, et affert, nonne aequius est, imo necessarium, ut omissa lege mortis operum nostrorum gratia spiritum ducem sequamur, quo vitam conseruemus? Huc pertinent expositiones supra relatae Primasij, Eumenij, Chrysostomi. Atque sic verus sensus v. 25. completus. Nec enim solum ad mores bonos adhortatur, ut vult Varg. Sed a legalibus nitibus auocare conatur.

V. er. 26. Non efficiamur etc.

Scholia

1

V. 26. Non efficiamur etc. q. d. ne extra chorum saltemus, ne ab spiritus decline mus ducti, ad opera q's carnis dilabamur. Tangit vero triplex carnis opus, inanem gloriam, prouocationem, inuidiam; quoniam ijs potissimum vicijs laborabant eotempore Galatae. sensim enim eo deduxit orationis filium Apostolus, ut videntes, atque agnoscentes suum illi morbum erubescerent, et oportuni medicamentum adhiberent. Est vero satis credibile eos, qui in populo Galatarum eminebant, aut eminere nitentur, gloria ardore contentiones excitasse, inuicem prouocasse, ingenium, aut sapientiam ostentare cupientes; quorum nonnulli superati inuidia rumperentur, et litis exirent, indeque in diuentiones, et hereses miserabarentur, pertinaciter falsas dependentes opinionones, et placita singularia, aut noua, ne causa cecidisse viderentur, et gloria, quam perditam amabant, iacturam fecisse. Chrysostomus hoc refert ad eos, qui conati fuerant deducere Galatas ad legem, et circumcisionem. Cathar. et ad Iudaeos, et ad gentes referendum arbitratur. Caiet. etiam de pseudo Apostolis haec vicia intelligenda asserit. His nempe duobus versibus 25. et 26. describit dicit doctorum mores ex quinque circumstantijs, due ad bonos pertinent ut scilicet uiuant, et ambulent secundum spiritum; tres ad malos spectant, inanis gloria, prouocatio, et inuidia, dum vero adhortando, ut haec fugiant vicia, illas retineant virtutes, quales debeant esse doctores insinuat; id intendit, ut Galatae ex prauiis moribus agnoscant falsos doctores, et si non ex euangelica veritate, saltem ob deprauatam vitam eos detestentur, et ab eis iam notis prudenter caueant.

2

Non Graece μη. Ar. uti vulgata reddidit Syr. nec, ut copuletur superiori bus. Eras. Ne ut sit prohibitiua, quod magis pertinet ad exhortandum; et posset per seuma cum tribus sequentibus intelligi, ne cupidij, ne prouocantes, ne inuidentes efficiamur vel simus, sed mirius illud quasi non arguendo, sed prouocando loquutus sit, tamquam velit labantes retinere, ne cadant, vel ex nonnullis indicijs, aut actibus suboluerit habitum viciosum; vel timuerit ne subreperent clanculum perniciosa minus q's cognita vicia.



Diogen

711

Dionysius, quia exhortatus est, inquit, ut in exteriori conversatione ambularent secundum spiritum, nunc prevenit, ne id faciant, ut gloriam ab hominibus aucupentur. Ansel. quia nonnulli, cum in virtutum curriculo paulo magis progressi sunt, incipiunt velle laudari, quasi sanctiores, apte subiungit, ut vanam gloriam transitoria laudis ne captare velint, nesint cum fatuis virginibus numerandi, que quia oleum in vasis recondere noluerunt, lucentes foris earum lampades ad adventum sponsi defecerunt.

S. Thomas posito 3. beneficio spiritus sancti, qui dat vitam spiritualem. V. 25. hoc V. 26. excludit spiritum mundi. De quo I. Corint. 2. 12. Nos autem non spiritum huius mundi accepimus. Ad hunc vero tria Sec pertinent, inanis gloria, Isai. 25. 4. Spiritus robustorum, quasi turbo impellens parietem: Iracundia. Prou. 27. 4. Impetum concitati (spiritus) ferre quis poterit: Invidia. Prou. 17. 22. Spiritus tristis excavat ossa. Hi spiritus sunt affectus voluntatis, vel impetus animi, de quibus dictum est S. V. 16. acceptione 11. 12.

Mancant vero hi spiritus, qui dominantur huius seculi filiis ex superbia viciorum regina, cui perniciosissimo vicio, qui locum dat, superbus est. Is vero, quo putas cibo alitur, quo nutritur pastus, quo pascitur alimento? non alio nisi inanis glorie pabulo vivit. Camaleontis in morem vento pascitur tentationis. Hi onagris similes, de quibus Hierem. 14. Onagri steterunt in rupibus traxerunt ventum amoris sui. Hugo Card. Onager quando non habet sociam suam, ascendit in rupem, et vertit se ex parte, ex qua ipsa est, ipsa ventum. Orans sociat se ei; ita vento pascitur mundana glorie cupidus. qua propter indignè ferens quicquid huius cupido aduersatur, mox in iracundia motus prorumpit, ad certamen provocat, contentiones excitat, litas commouet, tragedias, imo bellaciet, si quando vincere nequit, aut victus evadit, tabescit invidia. Prou. 14. 30. Putredo ossium invidia. Cum autem (ut ait Chrysost.) inanis glorie studium pariat invidiam, invidia innumerabilium sit origo malorum. Si vana gloria (inquit Ansel.) locum in corde dederimus, fit in nobis tanta subversio: ut qui putabamur ceteris meliores, effecti simus alijs peiores.

Animadvertit autem S. Thom. cupiditatem quidem glorie inanis ab Apostolo prohiberi, non receptionem. quoniam secularis, et humana gloria sequitur aliquando fugientes, qua re haberi potest, sed non amari. Caiet. addit non hic dicit, ne sustineamus inane gloriam sed ne cupidi efficiamur, quia hoc in nostra potestate est, non autem illud. Inanis vero gloria (ait idem Caiet) in opinione hominum consistit, que valde vacua est a fructu interno. S. Thom. exactius gloria inanis (quam mundi, ac secularem nominat). ideo vana est, quia nec solide firmatur, cum sit caduca instar feni. Isai. 40. 6. Omnis caro fenum et omnis gloria eius quasi flos et nec veritate fulcitur, cum sit falsa. unde Mathias. I. Macca. 2. 62. Gloria eius (hominis peccatoris) stercus, inquit, et vermis est, nec utiliter amatur, cum ita sit inutilis, ut minime valeat ad consequendum finem, quem consequimur ex testimonio Dei. unde I. Corint. 1. 31. Cui gloriatur in domino, gloriatur, non enim qui se ipsum commendat, sed quem deus commendat, ille probatus est. Vera autem gloria, quam sancti habent in bonis hominibus est proprijs, et spe cialibus. unde ait Apostolus. 2 Cor. 1. 12. Gloria nostra Sec est testimonium conscientie nostre, etc.

Est itaque gloria Sec inanis quasi nux nucleo cassa, que nec solidum pondus habet, nec utilis edendo cibum est, et fallaci apparentia decipit. Preterea est veluti arundo arua si ne pondere, sine firmitate, et si ea in vitariis, fracta manum ledit, ac cruentat, imo totum

3

A

S.



Somnem Sumi sternit. Interim etiam (quemadmodum stercorarius pulvis) terram Sumani corporis ad copiosam ferendam vermium segetem fecundat. Etenim, et peccata saepe auget, et conscientie remorsus ingenerat. Quare qui se per mundi gloriam ad immortalitatem peruenire putabant, tandem se in casum laborum perpendunt, sero tamen. Quare in aeternis iacentes in eborarum ergastulis, et continuo conscientia remorsu excruciat, quibus delusi sunt, fallaces, inutilisq; Suis perituri mundi, et inanissima gloria cupiditates, frustra deplorant miseri, atque sine ullo emolumento lamentantur.

Theoria I.

De inanis gloriae cupiditate.

6.

1. Thomas haec de inani gloria asserit digna, quae perpendantur. **I.** Nullis peccando meretur vitam aeternam. unde opus virtutum amittit vim merendi vitam aeternam.

si propter inanem gloriam fiat; etiam si illa inanis gloria non sit peccatum mortale, sed quando aliquis amittit aeternam mercedem propter inanem gloriam, et non solum quantum ad unum actum, tunc inanis gloria est peccatum mortale. et sic intelligitur locus Matt. 6. 1. Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis, Alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum, qui in caelis est.

2. si amor humanae gloriae, quanuis sit inanis non tamen repugnat caritati, neque quantum ad id, de quo est gloria, neque quantum ad intentionem gloriam querentis, non est peccatum mortale, sed veniale.

7.

3. si vero reuerentia, siue vana gloriae cupiditas, Dei reuerentiae, et honori contraponatur erit graue peccatum. Vg. cum quis usurparet diuinitatem, ut Esai. 28. 1. Rex Syri, cui dicitur, eleuatum est cor tuum, et dixisti, Deus ego sum. Idem crimen tribuitur

Caii imperatori, et alijs; Fuit istud scelus Luciferi, cur applicantur à Theologis omnia que de principe Syri in Soc. c. 28. vaticinata sunt ab Eschiele, vel cum Somotri sicut sibi dona Dei, quod reprehendit 1. Cor. 4. 7. quid habes, quod non accepisti; si autem accepisti, quid gloriaris quasi non accepisti; vel sua plura facit, et aestimat, quam

Ciuium, quod prohibetur Hier. 9. Non gloriatur sapiens in sapientia sua, nec fortis in fortitudine sua, nec diues in diuitijs suis, sed in Soc gloriatur qui gloriatur, scire, et nosse me. quasi dicat, cognitio Dei, id est, fides, et cultus, non propria vires liberabunt in calamitate à morte sapientem, fortem, diuitem. Illa ergo praehis aestimanda, non contra, vel cum testimonium humanum praefertur diuino; sic enim plus certitudinis, quam par est, Somini tribuitur; quicamen ex se ipso mendax est. Ps. 115. Hoc vituperatum est, Ioan. 12. 43. Dillexerunt enim gloriam hominum magis quam gloriam Dei.

Loquitur de quibusdam principibus, qui cum credidissent in Christum non tamen palam confitebantur ne eijcerentur e synagoga per phariseos. His addit cum quis de suo se scelere iactat. quod fecisse videntur illi, de quibus Prou. 2. 14. qui letantur, cum male fecerint, et exultant in rebus pessimis. et his annumerari debet potentissimus pastorum Saul Doeg. cui dicitur Ps. 51. quid gloriaris in malicia tua.

Hoc membrum ait, Caiet. à S. Bo. ut valde manifestum, non fuisse ex plicitum inter modos peccandi per inanem gloriam ex parte materiae, Soc est eius rei de qua annuntiat occasio inaniter gloriandi.

Non solum ex parte materiae circa quam veretur gloriae cupiditas, sed etiam ex parte subiecti, Soc est Sominis gloriae cupientis, vel affectantis potest esse peccatum



De inanis gloria fuga

mortale, scilicet, cum reputat gloriam humanam pro ultimo fine; ad quam refert opera virtutis; nihilq; pensi habet, ut eam consequatur, quamvis contra Dei legem faciat. quod videtur fuisse scelus Romanorum, qui omnia sua refer ebant ad hanc gloriam adipiscendam; pro qua, et vitam profundero non dubitabant, et filijs proprijs non pepercerunt, ut late disserit S. Aug. Decisitate Dei lib. 5. cuius illa verba sunt ex c. 14, quae adducit S. Thom. et vno verbo videntur omnia dicta complecti, sic verò ait; Tam enim est hoc vitium inimicum pie fidei, si maior in corde sit cupiditas gloriae, quam Dei timor, vel amor, ut Dominus dixerit; quomodo potestis credere gloriam ab inuicem expectantes, et gloriam, quae à solo Deo est, non quærentes.

4. Inanis gloria dicitur periculosum peccatum, non tantum propter gravitatem sui, sed etiam propterea quod sit dispositio ad gravia peccata, quatenus per inanem gloriam redditur quis presumptuosus, et nimis de se ipso confidens, ac paulatim eo devenit, ut priuetur interioribus bonis. quod confirmatur ex illo Aug. quod refert Glossa super illud 1. Ioh. 2. 4. Deo, qui probat corda nostra. quas vires, inquit Aug., nocendi habeat humane gloriae amor, non sentit, nisi, qui ei bellum indixerit. quia et si cuique facile est, laudem non cupere, dum negatur difficile tamen est ea non delectari, cum offertur. Item illud Chrysostomi Matts. 6. Inanis gloria occultè ingreditur, et omnia, quae intus sunt, insensibiliter aufert.

9. 51

Huc spectat, quod de hoc vicio (quod unum est ex capitalibus) ait S. Greg. Mag. Moral. in Job lib. 31. c. 21. septem nimirum ex se viciarum propagines satis venenatas, tamquam ex radice virulenta, producere. Sunt autem Lactantia, Presumptio novitatum, Hypocrisis, Pertinacia, Discordia, Contentio, Inobedientia. Hæc enim proprie excellentiæ propalanda, in quo inanis gloria sita est, Deserviunt. Nam Lactantia verbis, presumptio factis, admirationem presentibus, Hypocrisis falsa representatione virtutis, directè ostentant Sominis claritatem, et gloriam. Reliqua idem efficiunt indirectè, et veluti via longiore, dum id homo intendit, ne minor alijs esse videatur, quod prestat pertinacia, dum sententiæ suæ mordicus seret; Discordia, dum voluntati aliena minimè acquiescit, Contentio, clamoribus ne victus appareat, Inobedientia superiorum, mandata non exequens, Pertinacia est in intellectus, Discordia, Voluntatis, Contentio Verborum, Inobedientia factorum, Ambicio et si distinctum sit vitium, servit tamen ex inani gloriae; quippe sonores, quos ambiendo consequitur, eo pertinent, ut magis, magis que Sominem præclarum, et in oculis omnium gloriosum efficiant. Hæc ex Sancto Doctore.

10.

Ex Caietano aduerto quamquam inanis gloria superbiæ ministrat, ut Dux militum regina uniuersi, regni viciarum, dum eius excellentiam manifestat. Superbia enim non est satis contenta sua excellentia, nisi in aliorum notitiam perueniat. Igitur superbia est causa inanis gloriae, quia hæc medium cupit, illa finem, per illud medium consequendum

11.



at inanis gloria est, quasi passio ex subiecto, nata ex superbia. Dico clarius. Inanis gloria cupiditas seruit excellentie cupiditati; quia ex gloria, id est, ex notitia clara alicuius excellentie prouenit, ut maiores illi honores, dignitates, ac principatus conferantur; unde augeatur illius excellentia; rursus hi honores, dignitates, principatus, maiorem cognitionem parant excellentie, atque adeo maiorem gloriam afferunt. se igitur vicium iuuant, et inferunt superbia, s. amor excellentie; et inanis gloria, s. clara cum laude notitia. Excellentia cupit cognosci, et cognitio auget excellentiam. Similiter ambitio, et inanis gloria, altera alteram crescere facit; siquidem honores, quos ambitio consequitur, glorie seruiunt, et ipsa gloria honoribus augetur.

12.

Magnanimitas cum ponat modum honori, etiam ponit glorie, que honoris affectus est. Quare inanis gloria opposita est magnitudini animi; quicquid enim inanis gloria appetit, contemptibile est magnanimo, qui parui facit honores hominum, potentatus, diuitias, Imo nec ei cura est, ut laudetur, nec magni estimat hominum iudicia; plurimum habet veritatem, quam opinionem. Itaque inanis gloria deficit a magnanimitate, quatenus paruis contenta est. Imo etiam excedit terminos estimans se pluris, dum ad ea tendit, que super suam sunt dignitatem, que ipse reputat magna.

13.

Glorificari, idem est quod clarificari ex Aug. in Ioan. Gloria igitur, si cut claritas, manifestationem importat eius, quod apud homines decorum videtur, siue corporale sit, siue spirituale bonum. Proprie autem gloria ex multorum notitia, et approbatione existit. Idem enim est clarum, quod multis, et longe distantibus apparet, et cernitur. Unde Salustius in Catilin. gloriarum dixit non esse ad unum. et Cicero pro Marcello sic ait; Gloria est illustris, et peruagata multorum, et magnorum vel in suos ciues, vel in patriam, vel in omne genus hominum fama meritorum. Igitur si peruagata non ad unum, si illustris non intra priuatos pariter obtenebrata. Verum improprie glorie nomen potest dici de cognitione paucorum, vel unius, etiam sui ipsius. Cum quis considerauerit bonum suum ut dignum laude, cum autem peccato careat cognitio sui boni, aut approbatio, ut patet 1. Cor. 2. 12. Nos autem non spiritum mundi accepimus, sed spiritum, qui ex deo est, ut sciamus, que a deo data sunt nobis. caret etiam peccato, quod quis velit sua bona ab alijs cognosci, et approbari. Unde Matt. 5. 16. Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona. etc. Ex quo constat cupiditatem glorie esse non esse quid viciorum.

14.

Potest igitur homo laudabiliter gloriam suam appetere propter aliorum utilitatem secundum illud Matt. 5. ut videant opera vestra bona, et glorificent patrem vestrum, etc. in quo deum imitabitur, qui querit gloriam suam propter nostram utilitatem, cognosci enim deum magis utile est nobis, quam ~~se~~ ipsi. Unde Christus se notum fecit Apostolis.



De inanis gloria fuga

Ioan. 12. 13. Vos vocatis me magister etc. Vbi Aug. Periculis sum, inquit, est sibi placere, cui cauendum est superbiere. Ille autem, qui super omnia est, quam tum cumque se laudet, non extollit se. Proportio autem gloria non vana, sed vera scilicet apud Deum, bonis operibus. unde Rom. 2. 7. His quidem, qui sunt secundum patientiam boni operis, gloriam, et honorem etc. et 2 Cor. 10. 17. qui gloriatur in Domino gloriatur etc. Licet autem gloria humana quibusdam sit calcis ad virtutem colendam, sicut alia bona terrestria inter quae gloria excellit, tamen non potest illa virtus esse vera, quae profine gloriam habet humanam, ut probat Aug. De ciuitate Dei libro 5.

Ex Iul. ad Hieron. Gloria est frequens de aliquo fama cum laude, ex Amb. est quasi clara cum laude notitia. Haec autem cum non pertineat ad hominis perfectionem, cui necesse est cognoscere, non autem cognosci, ideo non debet per se, vel ut finis appeti, potest autem sine peccato appeti, ut utilis, atque ut medium, nempe ut Deus glorificetur ab hominibus. Matt. 5. 16. Deinde ut alij homines ex cognitione eius boni proficiant, atque ipse ex aliorum laude in bono perseueret, atque ex approbatione animum capiat ad meliora, et maiora exequenda, et secundum hoc intelligendum illud Eccl. 4. 15. curam habe de bono nomine, et illud Rom. 12. 17. Prouidentes bona, non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus. Notat Caiet. Nullum peccatum esse appetere gloriam, ut virtuti debitam verè, et si in eo debita sistat appetitus, tamen, quia virtus ex sua natura ad Deum ordinatur in eo casu mediati etiam ordinari illum appetitum in Deum.

In Cap. 5. Paraphrasi



His itaque non est lex gravis, aut iniqua, sed potius familiaris, facilis, et bene-
uola, et quidem conueniens est, si aduersus spiritus actiones lex non pugnat, nec
suas minas intendat: si has nec arguit, nec condemnat, ut aduersus eos, qui spi-
ritum ducem sequuntur, nullam vim, nullam potestatem obtineat, ipsamque
mala facta oderunt, quae lex prohibet, imo radicem crucifixerunt malefacto-
rum, ut seculum dicitur V. 24. quare eis non videtur esse lex posita. Nam I. Ti-
m. 1. 9. Lex iusto non est posita, sed iniustus, et non subtilis, impijs, et peccato-
ribus, sceleratis, et contaminatis, homicidis et matricidis, homicidis, fornicarijs
masculorum concubitoribus, plagiarijs, mendacibus, perjuris, et siquid aliud
sanae doctrinae aduersatur, quae est secundum euangelium gloriae beati
Dei, quod creditum est mihi.

Caut. sic sunt locum interpretatur. Cur non estis sub lege, qui spiritu
ducimini, quia aduersus spiritum non est lex. exemptio enim operum spiri-
tus a pena legis exempti spiritum ducunt a seruitute legis. et addit. Hinc intellige
nullam legem precipere aduersus virtutis actus, atque adeo, nec principem
etiam ecclesiae posse precipere. Prim. ita, non est lex, id est, non ista pro-
hibuit, et qui nouum implet, non est in veteri testamento. Hec ille. Unde pa-
tet de Mosaiica lege sic sermonem esse, quod ego non dubito, saltem ex prima
intentione Apostoli, et si in illi legi possit accommodari ut supra V. 18. 10. plu-
ribus, explicatum est.

Estius agnouit extenuationem in hoc dicto, plus enim tacetur, quam explicatur. Estius
tur. sic enim amplificandum. Aduersus huiusmodi spiritus fructus eius
rituales viros huiusmodi fructus uoluerunt.

Caeterum
Nulla lex
nec sermo
principij
sicut
na
pluribus
Deus
si
me
Extenuatio
ars
um
uis
mas
6
sem
2.
nisi
ipsi
itali

In Caput Quintum
PARAPHRASIS

Si ego, O Galatae non committente, sed Natura, et serena oculorum acie cececit, quem in statu iam fortunatissimum, ac beatissimum, ex qua in abiecta fortuna, et infirma conditione Vitae Christi Iesu Redemptoris mundi benignitate, et gratia, sublatus fuisset, quomodo in sublimi loco dignitatis per ipsius divina merita constitutus estis, haud ambigere valeo, vos in suscepto beneficio vitam toto contradicente, et repugnante mundo, perseueraturus. Quapropter Muc' semel, atq' iterum hortari vos, atq' admonere non desinam, ut equo animo, atq' attenta mente pensetis, agnoscaturq', a quo sitis tam immortalibus donis affecti, et tam salutariibus beneficiis obligati: quo auctore, et medico, vobis ingenuitatem consequuti liberorum; adoptionem filiorum adepti; nominis Christiani nobilissimum, et sanctissimum deus nati; ad felicissimam hereditatis sortem vocati; tunc quidem arbitrabor non vos indignissimo liberatori vestro ingratos, quin potius gratos, et memores praestantissima beneficentia in vestram utilitatem exhibita semper futuros. Igitur si haec per Christum accepta beneficia maxima, ut pax est, et gloriosissima ducitis; si quam exiguum met partem libertatem possidetis summo in precio habendam estimatis; Cavete ne unquam desidia, aut incuria vestra, malitia ve, aut fraude quorundam impostorum illam amissam aliquando cum merore, et dolore lugeatis. Vigilate diligentissimè ne forte decepti eorum furore atq' astutibus de evangelice libertatis, in qua estis, statu felicissimo deturbemini, atq' in servitutis baratrum, miserissime ruatis, Idololatrisq' superstitione religioni aliquando servitis, Daemonum cultui, Simulachrorum inanium turpi venerationi mancipati atq' addicti fueritis; Apollinis, Dianae, Iovis, Junonis, Martis, Minervae, Mercurii, Serapis, Saturni, Vestae, Neptuni, Thetidis, Plutonis, Proserpinae, emoritate, et false umbrae diuinitatis sacra sepe feceritis, et penae infinitis alijs, monstris Deorum nomine fallentibus, et perdentibus animas hominum, ignari, acceti famulatum dicitur praebueritis. O miserum statum rationis participis cececatum? O sortem infelicissimam filiorum Adam. Hanc exitiale felicitate tam periculosam conditionem iam evasistis, ac penae ex Orci faucibus erecti ad lucem clarissimam evangelicae legis traducti estis. Quid igitur nunc decernitis? vultis ne de luce ad tenebras, de dignitate ad ignominiam, de imperio ad ergastulum; de felicitate ad miseriam, de statu gloriae ad turpitudinis precipitium, aut redire, aut transmigrare? Cui, inquam, quero vos de infelicissima tenebrosi ergastuli exceptus custodia (qualem aliquando pater et Vates divinus, ubi hostium inhumanam crudelitatem egre, ac duriter perferbat) atq' de sui liberatoris magnificentia in altissimam ingenus nobilitatis partem, vultis, hanc relicta beata sorte, sese iterum sponte sua, quas in manus dediderit effectorum inimicorum, nisi aut tenebrae caecat, aut emota mente sicut? At video quid respondere possitis. Non vos sane quas deseruistis, odiosasq' habetis

V. 1. State: et nolite iterum Iugo servitutis Contineri.



et abominabilis gentium superstitiones, vel idolorum cultus, ac diabolica sacra
 meditari, ac velle repetere, sed divinam legem per Moysen à Deo haurientibus
 datam minime contemnendam iudicare, eamque amplecti velle, cumq[ue] euan-
 gelica lege componere. Itaq[ue] circumcisionis ritum tanquam divinitus paranti
 omnium fidelium Abrahamo imperatum, à Christo etiam susceptum, et sue
 observationis exemplo commendatum, et confirmatum desiderare. Nihil pro-
 reza. Quid hoc? O Galate, si sapitis, dicite. Hoc plane aliud non est, nisi
 à Christo deficere ad Moysen; à gratia ad legem declinare, ne dicam deli-
 rare; à libertate ad servitutem devolveri. Iugum depulsum à cervicibus vasis
 cervicibus imponere. Nihil hoc aliud est, nisi proditionem medicari; sum-
 mam à Xpo Veridici libertatis injuriam facere, gratie Dei insidias moliri,
 quæcumq[ue] legis debitum apertum bellum gerit. Matris ingenus vberibus ad-
 moti quorum hactenus lac suxistis, quo aliti, atq[ue] nutriti imperfectos viros ce-
 pitibus adolere, quid nunc venit in mentem, ut ancillam repetatis matrem, vel
 potius nutricem, cuius arentia vbera iam diu lactis dulcedinem, atq[ue] influxu
 amiserunt. Denique O fratres dilectissimi ab hac iniqua, et inana cogita-
 tione desinite iam amplius in fide suscepta vacillare, ac veluti in procelloso
 et turbulento pelago fluctuare, ac iactari. Contrarijs ventis doctrinae huius
 impellentibus agitati, pseudo doctrinarum technas, ac periculosa monita caute
 et aufugite. Recordamini quam turpe Iugum, quam dedecorosum sexui viri gen-
 tis, cum Sauli nutu, falsorumq[ue] ac fallacium Deorum, vel potius demonum
 requisitorum simulachris delusi servistis. Nolite iterum cervicibus tabentibus
 ydem vinculis contrahendas dare, Iugo intolerando, rursus colla submit-
 tere, similesq[ue] columnas, atq[ue] labores domus experiri nolite; carceres evasibus
 acerbissimos, custodiae custoditissimam, ex duri immanissimam tyrannum, dura
 ac tetra captivitate liberati estis; si sanamente valetis, attendite, et videte
 ne iterum eisdem compedibus arctemini, iugalibus vinculis contineamini,
 catenis inrodemini; superstitionem gentilicam eximitis, Idolo latrice facibus
 purgati atq[ue] abluti estis; pondus horrendum Iugis diabolici ab humeris dejectis,
 Videte ne rursus eorumdem scelerum rei agamini; agamini vero ab his dubis
 O Galate si circumcisioni Iudaicae inhiamini, si antiquae legis Moysae supersti-
 tionis vacastis, Madaq[ue] onus vix, aut re vix quidem, ijs quibus demandatum fuit,
 tolerabile, imbecillibus humanis attollere conamini. State igitur firmi, atq[ue] sta-
 biles in Christiana libertate; leti et alacros in fidei proposito, et veritate euan-
 gelij permanete, constanti animo, et erecto spiritu, prompta voluntate, sinceritate
 acceptae gratie retinete: in Christiana virtute statum, quem admodum à Xpo no-
 bis traditum est, persistite: filiorum Dei decus, et nomen indemne ac purum
 conserveate; et qui semel a demonum Iugalibus nodis exoluti estis; similibus
 non est cura, accepta circumcissione, ita inrodemini; ut eis, exiitica si nunquam valeatis.
 Quod omnino (caedite vestras Apostoli fratres) evenit ijs, qui Moysaei observanti-
 nibus, ritibus, ceremonijs, tanquam nexuiceis Sansonem à Dalida funibus,
 Sc

Galate
 esse in
 Optare
 genit
 re a
 Legit de
 cum gratia
 bledum gen
 Vbera legi
 arida
 vacillans
 fidei in
 pelagibus
 Cavendi falsi
 doctores
 servitibus
 larum q
 lucum de
 bolum
 randa
 Dep ian
 superstiti
 in

Textus

simpliciter, advenit, illaqueum patitur. Quod utiq; Capitulum minus fuisse in
alia enim aduersione vindicandum, in vos, autem, qui experti ponderis gra-
uitatem, sexuile Jugum, inexticabiles laqueos iterato nullis compedi, non
mihi grauiissima ac seuerissima vindicta animaduertendum erit.

Ad hoc precor animis, et quis, qualis, quantus ve sit, qui vobiscum loqui
vra animaduertite, itaq; haec monita, et consilia mea quam fauere debeatis,
attente considerate. Nam si mea imius auctoritas, Apostolicaq; doctrina dig-
nitas, et diuinitus accepta doctrina, certe ut iam dixi, Christi Iesu reue-
lacione tradita, longe praestat pseudo Apostolorum erroribus; quid est,
quod vos, aut moeatur, aut teneat: quin eorum post habita, et abiecta haeretur
nitiosa, ad quam trahi coepistis; fidei veritatis, qui primitias a Xpi vero ministro
et Apostola accepistis; firmitez constanterq; eodem comonefaciente, et stimularite,
heretate. At tu ego auer, hinc oculo mentis aduertite, non quasi absentem, sed
tamquam presentem intuerini, atq; in actu vestro verba facientem audire vos
pitate, quaten non supine, sed diligenter, avidiq; de Xpi causa dicentem percipere
arid, ac maturo iudicio suscipere oportet. Me me, inquam, dicentem attendite,
Paulum, inquam, rō coelo nomen meum, audacter profero, nihil mali vereor
neminem aduersionem pertrahere, non nimide, aut temere, sed fortiter, et exulto
animo non clam, sed palam, non ut metuentius, sua ve, sed ut proprius, et bono
pater, oibus Christi consulem cupiens, rem ago. Quis inquam, vestri amantior,
quis saluti vestre cupidior, quis procerus spiritus studiosior? Ego, idem, qui semper
fui, Paulus, quem primum ad vos venientem, velut de coelo missum Angelum
excepistis; deinde apud vos praedicanter Christum, doctrinae fidei semina spargen-
tem, incredibili benevolentia complexi fuistis; et tandem fundata Galatia,
et moribus imbuta Christianis, multumta Regibus euangelicis, discedentem non
abiq; mactore, et lacrimis abire permittistis. Ego itaq; Paulus, cuius auctoritas
iam diu perspecta, satiq; vobis cognita, cuius Apostolatus dignitas, ut pote di-
uina, et immediati a Xpo Domino in me derivata, maxime apud vos habita,
cuius doctrinae sincera veritas revelante eodem Domino Ieruchusto a me hausta,
et vobis tradita est, uno verbo, quid sentiam, hac controuersia Mosarice Legi, vo-
bis notum facio, atq; ut (quemadmodum pax est) credatis, pneurnate afflatus
propheterico, pronuntio: si circumcisionis ritum, ut salutare atq; necessarium
admittitis, spem, quam collocastis in Xpi euangelio, irritam proorsus inaneq;
futuram. Suscepistis Xpium omnibus gentibus expectatum, auctorem fidei,
eversionem peccati, liberatorem vindicem, gratiae salutisq; parentem agnovistis;
quid ergo amplius expectatis a lege; (dicant quid quid velint) quidquid
somniauerunt illi defensores Moysi, fallaces Prophete, aduentitij praecones Iu-
daicae perfidiae, Ego, ego, inquam, Paulus hoc clara voce, atq; conterua, ut nemo
non intelligat, dico iterum, iterumq; pronuntio legem Moysi iam antiquatam

V. 2. Ecce ego
Paulus dico vobis,
quoniam si circum-
cidamini, Xpus
vobis nihil prode-
rit.



Textus

causam nihil omnino prodesse, imo nimis deesse. Quibus fidelibus si cum fi-
 de in iura deprecanda quaeratur; Iudaei sunt, qui iudis janni p[er]lagulam fructum
 de terris ac seruis velli affuit, non illam instaurat, sed perdit, qui etiam viny
 novum ac fortiter fonsens in veteres infundit vires, non ille quidem vinum
 conservat, sed cura ut tribus una disperdit; sic sane qui vel unum, minimum ve-
 ritum legalem, vel circumcisionem, vel quemvis alium ad fidem evangelicam
 adiungit, et apponit; totam fidem, totum evangelium evertit; Xpi merita
 cassa efficit, eius vitam, doctrinam, miracula, opera omnia, passionem denique
 mortem, ac resurrectionem: irrita facit: preciumq[ue] sanguinis Xpi inaniter
 exegerit; totum deniq[ue] Xpium, spemq[ue] in ipso reconditam dissipat, ac de medio
 tollit. Ah miseris si ita vos falli iuvit. Nihil emolumentum, nihil fructus, dein-
 ceq[ue] in vos redundabit, neq[ue] ex effusione preciosissimi sanguinis, neq[ue] ex passi-
 onis sanctissimi meritis, neq[ue] ex mortis acerbissima voluntarie susceptae efficaciam,
 neq[ue] ex exemplari forma admirabilis resurrectionis, neq[ue] ex singularibus vice
 praedae, atq[ue] innumeras exemplis. Frustra ergo spiritus puritatem sacratis-
 mum caput, frustra verberibus concitum divinum corpus, frustra ignominiose
 tractatus Rex gloriae, frustra deniq[ue] sustulit lignum salviferum crucis; in eoq[ue]
 frustra clavis transfixus pependit: siquidem pro una circumcisionis inutili ce-
 remonia totam redemptionis beneficium commutatum, funditus perdidisti.

V. 3. Festificor
 autem rursus om-
 ni homini circumci-
 denti se, quoniam
 debitor est uniuersae
 legis faciendae.

3. Quod si illud quidem dumtaxat realium necessarium, et ineluctabile 3.
 ex circumcisione non necessaria sequeretur, satis efficax, et sufficiens ratio vobis
 videri debuisset, ut illam non modo obliuione consequuta relineretis, sed
 etiam odio perpetuo damnandam crederetis; Verum tamen aliud magis in
 stat, et viget vehementius: quod ab ore vos nimis aduertere, aut plane
 non habere perfectum et exploratum. Non enim perdidisti omnia aera
 legis, quae grauisima sunt, una cum circumcisione assumenda. Ergo non vo-
 bis tantum, sed omnibus, qui circumcisionem tanquam salutem, vel operantem,
 vel necessariam desiderant, aperte notum facio, et palam denuncio, atq[ue]
 huius literis testatum, et confirmatum esse volo; omnem V. ium, siue Gentilem,
 siue Iudaeum, siue Graecam, siue Barbarum, si semel circumcidi voluerit,
 ipsa professione signi Iudaici siue legis obligatum manere legis uniuersae
 vinculis. Ita ut sub maledicti poena, morisque comminatione, tenea-
 tur omnia praeccepta, Iudicia, mandataque ad vnguem custodire
 et obseruare.

Videte

videte igitur fratres quid oneris vestris humeris imponere velitis. Considerate an tantum pondus tot tamque molestis preceptorum sarcinis cumulatum tollere valeatis. gemunt quidem Gigantes sub aquis, et vos cum Cyclope monoculo Aetnam montem imminentem capiti non perhorrescitis? Verum hoc et sitanum est, non tan-
ti facio.

Attamen illud, quod ceperam dicere omnia vincit incommoda, universa que superat mala. Nam qui ex circumcisionis iam antiquo sacramento iustitiam petit, et absque eo haberi non posse arbitrat, ad versus xpum dominum, et auctorem iustitiae arma capessit, de possessione propria deturbat, a se ipso expellit, atque exterminat; nec solum xpm e corde eiecitum perdit, sed a diuinae gratiae culmine in praecipitium ruit. Quam sit inmensum hominis damnum Christo carere, eiusque spiritu, et benedictione destitui, merito an penitus calleatis. Is profecto apud Deum gratiam habere nequaquam valet, qui xpm non habet. Porro Christum, qui non dominum per fidem agnouit, cum circumcisionem adiungere fidei mixtus est, et fidem, et xpm a se exulare coeuit. Itaque dum iustitiam non necessariam via quaerit, et iustitiae acquirenda spe frustratur, et si forte ad gratiam pervenerat, ab eius felici cadit statu, et animae salutis gratiam facit. Qua sorte quid miserabilius? ea ne vobis eveniat, nos audite, et imitamini.

Nos enim spiritualibus subsidijs, non carnalibus cogemur, per Christi fidem, non per Moisaicae Legis opera, ad iustitiam aditum invenimus, et criminum sordem eluimus, gratiae divinae participes facti sumus. Sic vero xpm invenit, divinitatisque eius consortium nacti, spiritumque filiorum Dei a Deo patre accipientes, in spem aeternae beatitudinis erigimur, quod est premium, et corona iustitiae, quam ob bene facta retribuendam expectamus. Hanc rectam viam, et salutis, et iustificationis consequenda, si in xpo

Textus

V. 4. Evacuati estis a christo, qui in lege iustificamini: a gratia excidistis.

V. 5.

Nos enim spiritu ex fide, spem iustitiae expectamus.

Textus.

V. 6. Nam in xpo Jesu, neque circumcisio aliquid valet, neque praputium: sed fides, que per charitatem operatur.

vultus, ^{int} eius laceris membra, permanere, in eundam vobis, nec abra di verticula querenda, pro certo salutare.

6. Item apud Christum Jesum auctorem fidei, et summum, atque in eius ecclesia, cuius quasi corporis mystici caput est, nec in precio sunt, nec momentum habent, aut circumcisio, aut praputium, ut eorum causa iustificatio se beat cuiquam concedi, et conferri. Verum una fides respicitur, non mortua illa quidem, sed vivens, non occisa, sed actiosa; non dicit, vel incens, sed efficitur in opusq; progressa; non sola, sed charitate munita, et ornata; non denique nuda, ac expers operandi vi, sed formam induta charitatis; cuius et imperio in opera exit, et laudem, premiumq; nanciscitur. Ergo nec praputia praputium esse debet; nec circumcisio nisi signo fuisse notatum, prodest, solum querenti, et volenti per xpm iustitiam adipisci, et sceleribus eximi, Dei que gratia adornari; cum professio solius fidei perfecta, et explicitum est, et sincere a ritibus, vel inanibus, vel superstitiosis, iustitiam prestare et conservare valeat; et propterea nihil omnino sit estimandum. Ita neque circumcitus putet et sibi deberi iustitiam, neque praputatus ab iustitia desinat. Sed utiq; fidem venam atq; sui numeris absolutam complectatur; et max. credat se apud xpm iustum haberi; et vivo lacerisq; corpori Christi mystico copulatum esse.

V. 7. Currebatis bene, quis vos impediit, veritati non obedire?

7. O quam pulchre in studio fidei versabamini prioribus vestre conversionis temporibus? quam faciles incursum? quam agiles in circumcunda meta? quam veloces in transgrediendo commilitones? quam dextri in eludendo adversarios? quam sapienter edocti; quam eleganter instructi ad curriculum? quam alacres ad premium? quam apti ad palmas, et coronas progrediebamini? Spectaculum enim, et somnibus,

Decorative flourishes and a small 'et' at the bottom right.

Et Angelus speciosus, imo et deo gratissimus. Quis igitur
vos occasio de curia retardavit? Quis hostili animo currenti-
bus obstitit? Quis offendere coegit? Quod saxum oppositum est:
ad quem ve lapidem offendistis, ut sic ab obediencia fidei re-
procedentes laberemini, in cursu q̄ mandatorum Dei vel verita-
tem amitteretis, imo omnino defeceretis, à recta via vaga-
remini.

Num quid vna cogitatio circum cisiois complectenda tan-
to pere depugnavit adversum vos, et de tam perniciissimi curus
alacritate remorata sit? vnius suasionis efficaciam tanta
fuit, ut iter certum pro incertis semitis relinquere, com pule-
rit? et veritate deserta falsas opiniones sequi coegerit?

Hanc viam à me edocti estis? an ab aliquo ex magnis Apo-
stolis didicistis? Planè delusi estis. Hæc enim ista vestra per-
suasio non inspirata vobis fuit à Deo. Non Pater, non
filius, non Spiritus Sanctus vobis hæc inmisit cogitatio-
nem. non hæc in dedit voluntatem, qua ad ritus Judæicos
propensiores. Ceremonias antiquæ Legis amatis, circum cisio-
nis salubris conferendis vim tribuistis. valde reprobant ista
cum fide, ad quam vocati estis, cum gratia ad quam admitti,
cum christi Evangelica doctrina, per quam solum via ad cælum
patet. Si ergo neque à me, neque ab Apostolis dominis, neque
per Spiritus Sancti illustrationem in circumcisiois per-
suasionem devenistis. Quis ergo persuasit, nisi ipse Su-
mani generis inimicus, Satanæ, aut aliquis eius ex Satæ-
llicibus impostor lupinus mores sub pelle ovina contegens?
Quis nisi pseudo Apostolus, aut anti Christus? Talis
nempe, et à talibus duntaxat, tam sinistra, tam fallax,
tam persistens opinatio emanavit. Si ergo animad-
vertitis eam, quam nuper cepistis ingredi viam
multum longè que distare ab ea, quam me docere tenuistis,
quam Spiritu Sancto præmonstrante securo vestigio calcastis,

V. 8. Persuasio
Hæc non est ab eo,
qui vos vocavit.

V. 8. Persuasio
Hæc non est ab eo,
qui vos vocavit.



151
ggg. 128
Textus.

Cap. 5

Paraphrasis.

quam etiam nunc per hanc meam epistolam ipse idem spiritus
Dei quasi digito prolato et intento iugiter indicat; Quid
expectatis? quid moramini? quid adhuc in suscepto per
suasione heretice inerrone manifeste percertitis? Num
quid plana itinere deviantes ad saxa, et precipitia cur
sum dirigetis? circumspicite omnia diligentius; videte quem
audiatis: cui fidatis magistro; Cavete doctrinam non sanam;
suspectas novitates cavete; ne per imprudentiam a gratia
veterum benigne a fide Catholica cadatis. Si saltem error
paucos in facit, necesse est tempestive providere ne manet
satis ipsa contagio.

V. 9. Modicum
fermenti totam
massam corrumpit.

9. Verum cur illud est vulgi prologium, Modicum fermentum totam massam corrumpit. quod si acida pulvis exiguus pugillus tantum prevaleat, tanta intra suam parvitatem continet vim, ut in gentem farinam conspersio nem fermentet, sic et, ad se trahat; suam sive naturam, sive qualitatem inspurgat; acore contaminet, calore rare faciat, intumescens tandem corrumpat, et perdat; quid existimatis, faciet temere concepta contra fidem persuasio? Occulta ne vi accrescere faciet; anima vestros inflabit tumore superbia; et tandem superbia elatos sensim deducet in exitum, et mortem. Si fermenti particula in mixta massa ingentem molem vi quadam latente ita transmutat, atque pervertit, ut nisi opportune providum fuerit, et ob viam tantam corruptioni, omnia totam contaminatam depravet, et destruat. quid arbitrari facere valent pauci in Galatia heresi contaminata? Ipsi pauci instar erunt fermenti, quod multitudini in mixtum procerus a fide depellat, paulatim enim acor se diffundit erroris; sensim mala persuasio impugnetur vni vni populo; et non sentientes conquinat, dormitantes opprimit, atque in interitum perducit, ac penetrat integras civitates, et oppida. cavendum

Natura
In fermenti

Pavula
Occurrit
Anno
sine



507

semper à fermento maliciæ, et maxime Særeticorum, qui fratrum nomine fallunt, atq; in falsas opiniones, et novas Sectas inducunt. quos sui malis artibus deceperunt; Sui sui erroris sordes affricant; illis Sceleratos mores illerunt; alijs novas opiniones instillant; alijs que morbi causas inspergunt; denique pestilenti contagio pessundant; et devios à fide, a veris à salute, præcipites agunt; Sapientia una pecus inficit omne pecus; parva sæpe Scintilla contempta magnum excitavit incendium, Sylvas que, et orbis depopulata est; Circumcisionis Ceremonia una est; sed si suscipiatur, tamquam sine ea Christi fides salvare non valeat; quantam Stragem fecerit in Ecclesia?

Attamen omen avertat Deus. Nam que meliora mihi de V. 10. Ego confido vobis ipsius divina bonitas pollicetur. Multa siquidem de vestra in vobis in domino penitentia, ac resipiscentia spem faciunt. Caritas primum perenna, qua vos diligo; deinde boni mores vestri; quorum specimen clarum semper didistis; præterea præclara indoles cum natura vobis indita, ingenium que facile, et ad virtutem maxime proclive; accedit his, quod non sponte, sed seductorum dolo, fraudeq; decepti, in errorem inducti estis; neque ipse error ad huc aliè infixus sit in animo, profundas veradius egerit; nondum quippe, ut opinor, pseudo Apostoli, vel impostores in suam vos possessionem vindicaverunt. ut neque abis facile illorum commercia deserere; hæc omnia non parum in eam confidentiam de vestra salute corroborant; Verum et si hæc humana sint, conjectura que certitudinem vix superent, sunt utique alia maiora, que in eam spem alant, fiduciam confirmant, expectationem animant, magis que certam efficiant. Et enim una que non potest fallere, omni potentis Dei benignitas, que ad vexillum crucis filij sui Jesu Christi domini nostri, Sancto suo spiritu in corda nostra infuso, vos, et vocavit initio, et nunc etiam vocat; qui neminem vult perire; qui meis precibus totius que Ecclesie orationibus, ac sacrificijs propitius adest; non patietur ferventes

* quod nihil aliud sapietis.

et assiduas deprecationes irritas fieri; nec vos diutius in deceptio-
ne durare. * Quare si a quo animo huiusmodi adhortationibus
annueritis; oburgationibus magistri, et patris parueritis, a
circumcisionis cupidine destiteritis; illam mentem (certo con-
fido) vobis Deus inijcet, ut omni falsitate deposita, ablegato
errore, exterminatis in posterioribus, umbrisque depulsis, unam
fidem Catholicam sinceritatem, veritatemque retineatis; ut
autem hanc colatis in posterum, semperque hanc diligatis,
Spero vos ad salubriora consilia, saniorumque mentem Sac-
rae Epistola redditeuros: nihil praeterea aliud vel sequemini,
vel quae retis: nihil praeterea aliud, inquam, sentire, sapere ve
viderabitis ad religionem Christianamque vivendum, quam
quod et Christus nos docuit, et vos a me accepistis, et Eccl[esi]a

* Qui autem vos conturbat, portabit iudicium, quicumque est ille.

Catholica tenet, et firmiter observat. * Illud non minus
pro certo habetote, eum, qui has inter vos tragadias excitavit,
conturbavitque Ecclesias Galatiae, non quidem impeni-
taturum, sed commissi tanti sceleris gravissimas, luctuosas
penas. Et si enim iudicia hominum in fide tenera potuit de-
cipere, tamen Dei iudicium minime potest fallere, nec effu-
gere. Verum iusta sententia perculsus atque damnatus
pro suo labore aequalis mercedem; pro meritoque suppli-
cium recipiet. Sive ille se pro Apostolo venditet, sive
Pharisaeum se iactet, ac legis doctorem, sive discipulum
Christi se simulet, sive magnorum Apostolorum Doctri-
nam dicat se tradere. Sit obscuro, sit claro loconatus, sit
ille magni apud homines habitus: sit humilis, vel publi-
cis in sua, vel aliorum estimatione; aequalis pro sui
delicti pondere iudicabitur.

An propheta
hic hinc
dicitur
1. Cor. 5.

De personis
recipere
clausa.

V. II. Ego autem fratres sic circumci-
sionem ad huc pre-
dico: quid adhuc per
solutionem patior.
Ergo evacuatum est
scandalum crucis.

II. De mea vero predicandi ratione, varia inter vos dictitant II
mei obsecratores, quos vos, o mihi dilectissimi fratres, debetis
cautius audire, nec facile credere: quippe cum valde sine
a vero dissidentia. Quod sine dubio ipsi, si perspicua essetis,

Contra
falsam
sententiam



in ijs, que facta sunt circa me, que que illi dicunt, considerandis, expendendis
 potestis diiudicare. Non pudet hoc ueritosos homines ea dicere de me, ac
 de alijs etiam Apostolorum, que mendacij et falsitatis nedargui simpli
 ci responsione, ~~aut~~ sine negotio, faulsi ratiocinatione queunt. Aiunt, me,
 si non apud vos, tamen alibi circumcisionem, tanquam saluti necessa
 riam edocuisse; et præsertim Ierosolymis, at que apud Iudæos pas
 sim, sicut et alios magni nominis Apostolos: me que in hac præ dica
 tione varium esse, at que mutabilem; quippe quia aliter Iudæos,
 aliter Gentes erudire consueverim. Sed quis hoc credit? mihi
 Chara pignora, certi non illi, qui uident, et intelligunt, quan
 to me Iudæi odio prosequantur, quam infensi aduersus me sint,
 quam implacabiliter persequantur, et omnibus modis vexent;
 itaque sciant scandentes contra Paulum, ut nihil intenta
 tum relinquunt, si forte ualeant sua malignitate, et indefessa
 cura de me diu tollere: et putabit quisquam sane infectatio
 nem, ac persecutionem hæcenus progressuram fuisse, eorumque
 odia non potius cessatura, imo uerius futuram, ^{fuisset} et essent peni
 tus ~~extincta~~ iam diu extincta? Si eos eis in hæc re morem ges
 sissetem, circumcisioni fauens, eam extollens, et prædicans.
 Cur illis crux Christi offendiculum affert? Cur ad Sæne Sapi
 dem continuo offendunt? Nisi quia in cruce cum Christo mor
 tuam audiunt circumcisionem, in ligno confixos fuisse Le
 gis ritus! Nam si cum xpo simul opera legis uingeremus,
 et eos, qui in Christum credunt, siue Iudæos, siue Gentes, circum
 cidi oportere confiteremur, et doceremus, sublatum omnino
 esset scandalum crucis, neque Iudæi in ea offensusent, nec
 me, nec illum discipulorum Christi, et crucis laudatorem,
 aut inimicis oculis aspicerent, aut iniquo animo perdere
 conarentur. Cum ergo persecutio ad hæc perueneret, et me
 nunquam non toruè aspiciant, et obique maleuolè in secten
 tur: Certissimum est, circumcisionis ritum à me non præ di
 cari, sed potius rejici; et iam antiquatum, et minime necessarium.

Textus.

Cum igitur isti calumniarum nobiles architecti tam impudenti mendacio circumcisionis praedicationem mihi imponunt, id faciunt, ut liberius vobis imponant, ac non sentientibus, nec cogitantibus, xpm eripiant.

V. 12. Utinam et abscindantur, qui vos conturbant.

+ sed etiam radicatus ex secta abscondantur.

O si Deus faxit, ut isti vestri subversores, qui tanto opere amant circumcisionem, et usque eo praedicant, ut nisi circumcisum, nullum fieri saluum velint, (modo absque reatu culpa contingat) non solum, ut cupiunt, circumcidantur. Quid miramini? Non mala improcor, sed bona potius deprecor. vtilia exposco. Non ista exopto: et si non iucunda, sed acerbiora magis, atque amara: ut videlicet proprii doloris sensu edocti, atque suo periculo cautiores redditi desistant, alios sollicitando perturbare; tantumque sororem concupiant, exprobrati abscessionem, ut desinant deinceps illud suadere membris christi fidelibus; quod non modo corpus excruciat, sed animas perdit, et a mystico corpore christi abscondit, et separat. Vel certe hoc, si vultis, optarim; ut si tales praedicatores spadones fiant propter redum calorem; ut inepti, et steriles facti ad procreandos filios perditionis, atque gehennae, in posterum carnalia minime intendant, semina cordibus fidelium superspargere; nec miscentes fides christianae Judaeorum ritus, et cania noxia super electum triticum superseminare conentur; vel saltem, quod aequitas exigit, et illorum scelere consonum est, anat sematis gladio perculti de vestro catu removeantur. Haec et suffragijs, Sacramentorumque usu melitentur; ut sic sentiant se absisos a xpo, luceant qd, ac deplorent malum, quod ceteris inferunt; dum per caeremonias Mosaiicas cogunt a patria exulare caelesti. Ita enim aut per poenitentiam suorum culparum vulnera sanabunt, aut si rebelles fuerint luminis; aequum profecto sit, ut in ipsis met impleatur, quod adumbravit ^{pays} de christi carne per circumcisionem

Berna... Augustinus...

Ex comm... nialibus...

abs...



pag. 133.
720
Textus.
cistrot

deserta; subiectos Judicos pertinaciter in lege antiquata persistentes
de Christi corpore ressecandos, et separandos, tanquam à vite
avertet, atque infructuosos palmites, ut in Aeternum pereant.

Sed omissis perturbationis auctoribus, eorumque iusto suppli-
cio in iudicium, quod manet illos remisso, ad vestra commoda
festinemus, ad ~~non~~ ^{per} ad ~~quos~~ ^{quos} ad vos pertinent, magis
festinabo. Quid à vobis exigat Christiana libertas, quam
potero brevissime ostendam. Ex omnibus, quae Saetenus sive meis
litteris explicata sunt, illud liquidum est, et percipiui constat
vos per Christi fidem, et gratiam à lege ad Evangelium, à timo-
re ad dilectionem, à iugo miserae servitutis ad ingenus, atque
pulcherrimae libertatis statum vocatos, translatosque esse. Itaque
libertissimi fratres, si quidem ex servili statu evasistis, ut non de
beatis ex actoris, hoc est, Legis Moisaicae virgam metueret; et, ve-
luti in familiam domini admissi, atque adscripti, nobilitatem
plurimum adepti estis. * Ne, quae, putatis ex libertate licentiam
carnis orituram, atque Christi fideles posse impune perpetrare
florida, latosque camporum terminos pro libidine, et cupidini-
ne, spaciari, et quasi iugales equos. Sine lapsi pio, sine freno,
sine sessore, et gubernatore qua qua verius licenter discurrere,
ac per vagantur. * Non id sane permittit Spiritus, qui in
gentilitatem contulit, qui adoptionem praestitit; qui dilectio-
nis filios efficit. Sed quod decet legitimos, ac nobiles magni
patris liberos, clares stirpis, natalibus praestantes in vicem
caritate ita colligunt, ut officij in alterutrum certetis,
nemoque se patriatur à fratre aut benevolentia vincit, aut
beneficio superari. quin imo alter alteri serviat, alter alterum onera
ponit, ^{subiectus sit, multamque praestet operam, amicitia eximiat.}

Non enim debetis sane arbitrari servienti rationem,
nem, quae ex speciali amore nascitur, cum libertate pug-
nare, quin potius ipsam veram honestissimam, felicis-
simamque libertatem existimate. Si enim tam estis legis
studiosi, ut non nisi hoc nomine vos adhaerere fuerint

V. 13. Vos enim
in libertatem
vocati estis
fratres.

* Tantum ne liber-
tatem in occasio-
nem detis carnis.

* Sed per cha-
ritatem spiritus
servite invicem.

V. 14. Omnis enim
lex in uno sermo-
ne impletur: Dili-
ges proximum tuum
sicut te ipsum.



pag. 134

Textus

Deceptores, habent eum & caritate, (quae primigenia est Spiritus, omnesque hae ex radice pullulantes, fructus complectitur.)
quae quid desiderio vestro satisfaciat, et pro votis continge-
rit omnia. Omnem quippe legem, siue naturalem, siue
supernaturalem; siue divinam, siue scriptam; siue ver-
bo dumtaxat expressam; una charitas proximi adimplet.
Nec legislatori pluribus opus est verbis, si vult ad unquam
sua omnia observari praecipita, praeter unam sane senten-
tiam, quae paucis sic continetur, Dilige proximum, id est,
fratrem tuum (quemvis nempe hominem) sicut te ipsum.

V. 15. Quod si in
vicem mordetis,
et comeditis, vi-
dete, ne ab in-
vicem consuma-
mini.

Itaque tunc vere impletis legem mensuram, atque ad eos
voluntati Dei, quae legis norma est, atque scopus omnium
bonarum actionum, ut par est, satis facitis; cum ex cha-
ritate proximorum commodis, indigentis, necessita-
tibus quae succurritis; libenter obtemperatis; benignis
servitis. At si contra facitis: et non solum a bonis offi-
cijs abstinetis; sed simul in alios alij maledicta atque
malefacta confertis: si iniurijs afficitis: si deribus au-
ferendo, de fama, et honore detrahendo, manu quae
persequendo, infestatis, atque vexatis; quid speran-
tum est, nisi ut alter alteri perniciem, atque exitium
afferatis? et quem admodum illi, qui Gygantes dicitur
sunt, ex dentibus draconis, quasi ex semivivibus terrae
mandatis, enascentis, armati, invenit semet ipsos
in vicem convertentes arma, omnes ad unum inter-
fecti perierunt. Sic et vos in vicem iniurijs lacessiti
proelia miscetis ad invicem, consumpti intereatis;
aut instar Canum, Leonum, tygridum, aliarumque
ferarum dentibus pugnantes mortuibus; aut
sicut Serpentes, et Colubis moribus contenden-
tes, siue ut rapaces volucres unguibus, vos quoque

15.

Char
Cont

Gygantes
dicitur

bellum
bellum



gagert. B. P.

impetentes, vicissim vulnerati corruiatis, vicissim devo-
rati consumamini.

Textus.
201x0T

Unum igitur illud caput est, et summa sumus meq; ad
monitionis, imo et totius spiritualis doctrinae firma
mentum, ac fundamentum: ut veritas actiones ad
omnium spiritus exigatis. Sic enim licentia carnis
fratrum in gremio, liberioribus eius motibus modum
imponatis, desideria q; immoderata cohibebitis,
ac deniq; sensualis cupiditates intra metas rationis
continebitis, aut saltem ne valde recedant ab
spiritus prescripto facile consequemini.

V. 16. Dico autem
spiritu ambulate,
et desideria car-
nis non perficiatis.

Si rite vos itaque spiritus sancti ducimur magisterio,
in prelli ductu, in inspirationibus agi; quod lumen pre-
sent, illuc precurrentem sectamini, manentem comita-
mini, per vestigia, querite. illius quippe protectione
a periculis tuti, auxilio ad prelia armati, umbra
culo ab insultibus carnalis concupiscentia securi;
et lasciuenti compedes, et exultanti moderatio-
nem, et appetenti nimiam libertatem auferre
tu carni.

Manifesta
sunt autem opera
carnis.

Verum enim vero oportet et maxime nota sapere car-
nis, atque spiritus humani prelia, conditiones que,
et qualitates; siue proprias affectiones utriusq;
percipere; Caro namque (hoc nomine licet exterior
id, quod apparet, corpus plerumque intelliga-
tur; tamen hoc loco pro inferiori parte animi,
que sensa percipere videt, intelligenda est). Hec
inquam, animus pars, que sensualitati, seu con-
cupiscentia; siue appetitui sensitivis, siue etiam fomes

V. 17. Caro enim
concupiscit ad ver-
sus spiritum: spi-
ritus autem ad-
versus carnem.

V. 18. Quod respicit
inter se
non est
legis

§

Textus.

peccati solet nuncupari, pro sua natura, et libertate
 contraria appetit, at que contradicentia d spiritui,
 Soc est, partitatio nali: Spiritus vero i d est ani
 ms superior portio, quae mens siue ratio vocatur,
 in qua existit arbitrium, et voluntas libera, prae
 sertim cum illustrata est, at que instructa diuina
 gratia dono, ex tua propria proensione, et na
 tura, ea cupit at que expetit, quae ad uersa sunt
 et inimica carni, et eius sensibus, siue toti ipsi
 portioni inferiori, et sensuali: Caro enim ex
 sua peruersitate ab in cunabulis fertur ad de
 teriora, et noxia; et pro sua libidine terrena, ac
 sensibus obvia concupiscit sine modo, sine men
 sura, sine ulla rationis pondere, aut honestatis
 arbitrio; Spiritus vero optima quae que optat,
 caelestia expetit, et aeterna desiderat, maxime
 autem diuinis auxilijs, et sacri pneumatis gra
 tia adiutus, at que illuminatus. * Itaque sensus
 et ratio, Soc est sensitivus at que rationalis, duo
 sunt contrarij appetitus, in utro sibi ad uersan
 tes, et sic vicissim se cum contendent, et depug
 nantes, ut vix aut ne vix quidem homini po
 testat sit illa semper exequi, et opere prestare,
 quae velle, facit nimirum saepe quae nolle, saepe
 etiam quae vult, minime facit, carnis cupidi
 tate praevalente, et concupiscentia eius spiri
 tus desiderijs obsistente.

* Haec enim
 sibi invicem ad
 versantur. ut
 non quaecumque
 vultis, illa facia
 tis.

V. 18. quod si spi
 ritu ducimini
 non estis sub
 lege.

Verumtamen quicumque se permittunt spiritus sancti
 lumine duci, et inspirationibus gubernari: rationis quae
 gratia adiutus, et caritate instructus, ceteris quae virtutibus,
 donis quae diuinitus infusus, ornatus iudicium verum sequentur,
 si profecto nec lege indigent, nec eius minas timeant,
 aut incurrunt poenarum reatu. Quippe qui, nec concupiscentijs

aut sensus libidini subiant, et quavis lege superiores existunt. Siquidem ex caritate ad opera inducti, impulsii, atque inflammati, ea in deum referunt, exacte conficiunt, et quanta valent perfectione, complectuntur. Quare idem vobis eveniet, si caritatis, spiritus quo ductum sequimini, recte recte quo officium prestantes, que a vobis Dei numen exigit, opera exequentes, omni lege superiores facti, nec sub fomitis servitute manebitis; nec sub maledicto Judaeis legis gemebundi corruetis; imo nec sub onere preceptorum laborabitis; nec ullo modo subiecti aut carni, aut legi, aut ullius dominationis creati preceptis, sed libera si sari quo voluntate in dei gloriam geratis omnia; Carnis vero petulantiam, atque protentionem domitam sub vestro habebitis dominatu, atque arbitrio; nec sinetis eam calcitantem ad versus rationem, sua cum non potest esse cupidinum.

Veruntamen quo facilius reddifficillima intelligi ~~debet~~ V. 19. Manifesta valeat, ista quo periculosa pugna, et dura conflictio, atque sunt autem opera duorum socium, quasi capitalium, domesticum duellum, carnis. continuaque inimicitiarum contestatio, sic penitus indicatur, ut clare perspiciatur; ut cui parti accedere, favere quo, cui resistere, et contraire debeamus, sine ambiguitate constet. opere precium duco utrius quo factionis milites, Socii, opera, sive actiones tam carnis, quam spiritus, si non ad unquam, tamen rudi, ut aiunt, Minerva) singularim enumerando, et nominando contrahere. Ea igitur, que caro gignit opera, et quasi adultera mater spurias, seu notas filias in lucem edit, non sunt esse cognitu valde difficiles, cum enim sint res plerumque sensibus obvis, sensu etiam, nedum mente, tam presentuntur; quin etiam, tam sunt communis, et familiaris omnibus, ut nemo valeat ignorare. Sunt videlicet aperta crimina, et nisi exigua materia, minus ve

Textus. plena animadversio, aut parum integra deliberatio, aliquando forte queat excutere, sed salia procul dubio erunt. Flagitio

Opera
ni crimin
Lethalia

Fornicatio. quaeque post se reliquas socias. Fornicatio, Socius, Caeli
bis viri soluta, quae a coniugio feminae illicitus congressus.

Immundicia. cui proxima est Immundicia, variae sedans sexum alte
rurum, et exquisitis modis contra naturam ordinem, atque
prescriptum polluens, deturpanusque per libidinem, sive
veros, sive feminas, sive mutuo se incitent, sive se or
sum expleant appetitum sensualem. Huius comitader,

Impudicitia. et quasi ante ambulo impudicitia, cuius feditas, et tur
pitudine in iocis, iocularibusque apparere actionibus, pra
cipue in proccacitate lingua, in oculis, complexibus, tac
tibus, et alijs impudicis, impetulantia oculorum, reli
quorumque sensuum immodesto usu, immoderata ve
ac minus sonesta exercitatione. Praedictis tribus Lu

Luxuria. xuria ^{sub} ~~sub~~ iuncta est, quae lascivios motus, internasque
cogitationes parit, reliquasque lascivia complectitur
species, quas sigillatim volumus nominare, ne cuius
quam pudica aures, offensionem accipiant.

Vt idolorum
seruitus.

20 Non abest a superioribus dijs longe, quae huius 20.
ci idolo Latine seruitus simulacrorum appe
llatur. Oblectantur nempe Demones, qui idolis se inge
runt, cano, et factore Luxuria: quam obrem non fuis
tra immundi spiritus vocitati sunt. Qui similiter
se immiscent, vel vitro, vel ad vocati a magicis vanita
tibus, et imposturis: quod genus flagitij subsequitur,
appellatur veneficium, sive numero multitudine

Immundi
spiritus

Veneficia. Veneficia: non enim uno modo, sed pluribus scata
fraudibus, in sanabilibusque constat psarmacis, seu
venenatis medicamentibus, quibus quasi Circeis

Circeis
vita-

potulis

populis homines, vel in belluas transferuntur, ut turpiter assuecant.
 vel enecantur infelicitate, ne sint obstaculo turpitudini amo-
 ris, et licentie cupidinum. Noceat enim plerumq; hoc vitium
 perditie amantibus, suarq; sequentibus cupiditate absque di-
 vinitimoris repagulis: Subsequuntur deinde inimicitie, que
 odia vel conegunt pectore, vel palam profitentur ductis, et factis,
 cum incredibili detrimento mutui amoris, et fraternae charita-
 ti Sactura: Unde reger pullulat ingeni curmimum, que adiuncta
 deinceps sequuntur contentiones nempe, alio nomine Inurgia, lites
 ve dicte, quibus fere inconditis, et absinis vocibus, clamoribus,
 obstrepentibusq; vociferationibus, veritas, presentim fidei, vel
 securatur scio vel obicitur inique, vel saltem prava impugna-
 tur animo: Emulationes Greco vocabulo Zeli, quibus duo, pluresve
 eandem rem affectant, et ambiunt; quam singuli percipere conan-
 tur: cum omnibus nequeat cum satisfactione communicari, aut
 applicari: Iris seu animositates intus bilem mouentes, fumos na-
 bilis expirantes vix occultari queunt; quim prodant sensum
 indignationis: Rixe, et quasi domesticae pugnae, quibus ad ma-
 nus gladiosq; non raro venitur: Unde et maiora ^{ad} discrimina dam-
 nag; seuiora sepius contingit euadere: Diensiones, que ciues inter
 se diuidunt, et in factiones diuidentesq; partes diuecant, ut etiam
 non semel sanguinem mutuo effundant, et mortem alter alteri
 meditentur, auide, ruerentq; procurant: Secta Greco Idiomate
haereses nuncupate ab electione, et sequella varie doctrine, magi-
 strive. Quare sectarij atq; haeretici illi dicuntur, qui a fidei
 dogmatibus dissitas opiniononis defendunt, placita ve sequun-
 tur a sensu Romane Ecclesie diuersa: Invidie, quibus tri-
 stitia tanta concipitur de aliorum prospera felicitq; fortuna,
 ut cor pae dolore macrescat, tabescatq; bonum, quod alij
 possident, tamquam proprium, et per injuriam ablatum
 impacienter conquecentes, atq; lugentes. Unde est illud

Textus.

Inimicitie

Contentiones

Emulationes

Iris

Rixe

Diensiones

Secta

Invidie



Textus

Invidus alterius maceravit rebus optimis: et illud
 Libor tabificum malis venenum
 Intactis vorat offibus medullas
 Et totum bibit artubus cuorem

Homicidia

Homicidia, cuius sceleris immensis atq. ferini, vitiam
 tot, ac tam passim exempla non fuissent. Nulium esset melius
 honestius, commodiusq. cum humana natura, quæ à suis
 ipsa filijs gravissima, et crudelissima patitur detrimenta;
 plura etiam quam ab suis ipsa hostibus potuisset excimerentur.

Ebrietates

Ebrietates Vini, Sicere, et similitum nimide potationes, quæ
 Iudicium cum auferunt, in omne malum promptos reddunt

Comestiones

hominum animos, et valde sollicitant, faciuntque ad pro-
 priam perniciem, et alienam audaces. Comestiones tan-
 dem extrema (etsi usu prime) adiunguntur, quæ cum
 lascivis cantantibus, impudicis saltationibus, Jocos que
 ac petulantiam forantibus muiicorum modis exercentur.

* Et his similia, quæ præ-
 dico vobis, sicut prædixi:
 quoniam qui talia
 agunt, regnum Dei non
 consequentur

~~His similia, quæ prædico vobis sicut prædixi: quoniam~~
~~qui talia agunt, regnum Dei non consequentur.~~ * His vero vi-

tijs similia alia sunt innumerabilia. Verum exempli gratia
 exposita hactenus sufficiunt. De quibus et antea presens cum
 essem, vos præmonendos curavi; et nunc absens, iterum præ-
 monitos vobis, cauere, esse subeo. Quippe cum talium crimi-
 num rei, talium scelerum patratoribus, talium flagitiorum
 convictis, atq. damnatis, regni caelorum aditu a seuerissimo
 rege, ab incorrupto Iudice, ab integerrimo Domino
 interdicitum. Quam sententiam, contra ingruisti-
 mos dequisitissime prolatam, ne potentiores quædam
 quidem

quidem effugient terra domitores, dominatores, imperatores: quos
fragilis, fatuus, imbecillus, vias nullas si carnaliter vivit ad expugnandum
Nocent suimus tactemus, et quasi lustravimus copias hostiles,

V. 22. Fructus autem spiritus est Charitas.

Sic est, inferioris portionis anima robustam militum psallem
gem, sensualitatis audacissimam manum, carnalia in
quam, flagitia, que legis Mosarice repagulis, et execratio
nis eterne ultimo supplicio vix, aut ne vix quidem, vincere
non poterunt. Deinceps exponamus oportet, in publicum
lucrum vocemus spiritualium atq; eternorum aciem, exerci
tum, inquam, superioris anime partis, id est, mentis divinis
gratijs subsidijs communitate validiorem, firmiorem, cons
tantiores que manum, Sic est, virtutum supernaturalium
actus perfectissimos, quos fructus nomine commendare
saud im merito possumus ob interni gustus suavitatem,
et dulcedinem spiritualem, quam secum afferunt. Ut
viam iustus instat illius terrissimi ligni, quod planta
tum iuxta liquidissima fluentia gratiarum spiritus sancti
suo tempore, id est, per singulos anni menses fructum dat
saluti ferum, et gratissimum; licet vero duodecim actus
distingquamus, singulari tamen numero fructum, tanquam
vnius arboris, dicimus. Quare hęc omnes, que de virtutum
virtutum actiones sunt, velut vnius charitatis omnes
sunt effectus, quippe cum à charitate non modo impere
tur, sed etiam plerumque, si non universi, eliciantur, à
charitate que ipsa habeat perfectionem, et que dul
cedinem. Primum itaque locum habet vexillifera
spiritus charitas, qua et Deum propter seipsum, et
impense, ac super omnia diligimus; et propter Deum
homines etiam dilectione vera complectimur. Deinde
sequitur Gaudium, quo dilecti boni presentia, aut acqui
sitione, seu possessione, mens exsultatur, exultat que.
Pax, qua mentis desiderium omnino pacatur, et à
desiderando conquiescit. Hinc tribus perfectum vir sanctus

Charitas

Gaudium.

Pax



neque prohibetur quaequam, ubi omnia sunt laudis luce plena. Neque
 ubi nulla lex infringitur, paena legis timorem incutiunt. Igitur
 neque his actionibus spiritualibus, Mosaiica lex contraria est,
 quae ad versus carnis vitia stabilita est, non contra justos pos-
 sita. Libertatem igitur spiritus qui conque sequitur, omnia
 ex charitate dimittitur, et supra legis nulla, omniq[ue] excuso
 timore, optima quaeque praestat, sanctissima quaeque facit.
 Itis quidem ad Deum per gratiam erecti, atque semper in-
 tente mentis fructibus, [†] his, inquam, perfectae virtutis
 actionibus nulla sunt opposita supplicia, non minae,
 non terror, non metus ulli obsunt, nec ulla prorsus
 lex ad versatur, aut obstat: non scita plebis, non iussa
 aut decreta senatus, non iura gentium his contradicunt.
 Mosaiicae leges materiam nullam hic aut occasionem in-
 iurij, ultionis, mortis, maledictive alterius reperire
 queunt: nec alia utique lex ad versus huiusmodi ope-
 ratores actio nem militat, aut impedimentum affert;
 quia potius omnes bonae, atque honestae constitutiones ad-
 mirantur, suscipiunt, laudibus effervunt immortali-
 bus, qui sic vitam ⁱⁿ hinc ^{ac} peregerunt.
 Quae ^{ut} potest qui legibus superiorer existant; et spiritu
 sancto movente, dirigente, cooperante ducantur; sunt
 itaque à lege immunes, à timore liberi; qui cumque
 sic vitam instituant; sic que operantur ex Dei amore,
 ut, (non seculo, ^{fermentis} non carnis libidini, ^{subdit} sed divini nu-
 minus beneplacito suum arbitrium accommodantes, &
 per viam spiritus incedentes) nunquam detinuant
 proos suos, et iucundos fructus producere, uberrimèq[ue],
 et liberaliter dare.

† peccatum nullatenus officit,
 neq[ue] huius lex, aut formae sem-
 piter illi nocent, provalere ali-
 qua ratione possunt;

Textus.

Attamen illi, qui ad Christum pertinent, qui chris V. 24. Qui autem
 et vexilla, et vestigia, subter, alacri que sunt xpi, carnem su-
 mente sectantur; Christiane q[ue] militis armis am crucifixerunt, cum
 preclari succindi, eam non in viti, aut trepidi, vicij, et concupiscentijs.



Textus.

sed animosi, constantes que tacentur, ita fere vivunt, cor-
 poris corruptibilis conditionum, et passionum veluti
 expertes, ac nudi; ut carnem prorsus videantur exui-
 ste, et duntaxat spiritu vivere. Nam cum in bap-
 tismate sacro sua nomina imperatori summo de-
 derunt, non modo se illi, tanquam novi milites, obli-
 garunt, sed etiam similitudinis mortis eiusdem domini
 facti participes, se ipsos et in crucem agi, et sepulchro
 in ferri tanquam mortuos voluerunt: ut deus qua-
 si e sepultura eruti, ad feliciorum vitam resurgant.
 Quod mysterium sic intellige. Vetus homo noster,
 id est, scelere vetustas, que in nobis inerat, cum cor-
 pore Christi Jesu sublata dicitur in patibulum crucis,
 ibi que mortua, et mox sepulta: novus autem homo
 dicitur per gratiam ad formam Christi renovatus;
 nova que ista forma ad Christi imaginem expressa,
 quasi e Sarco phago suscitatus, ad auras prodit. Itaque
 ut homo spiritualiter renovatus novam vitam insti-
 tuat, et sicut fidelis athleta Christiana, et signa,
 et mandata custodiat, Caro inimica virtutis cum
 suis vicijs, id est, operibus vicijs, imo cum eorum
 radicibus, id est, gravijs desiderijs, ad crucem per
 Christi imitationem mactata, et immolata fuit,
 itaque mortificata, et viribus destituta malitiae,
 ac si semper ligno clavis esset affixatrabalibus.
 Spirituales itaque viri, qui mystici corporis Christi
 viva membra sunt, semet (ad salutis, et vite sacrum
 fontem) in patibulum cum Christo agi permise-
 runt, ut, cum ipso ^{mystica} morientes, sepelirentur. Et
 in reliquo tempore quotidie per amorem, et imita-
 tionis desiderium, in crucem tollunt, et carnem, et
 viciosa opera carnis, imo et ipsam in et radicem

Darius profano graho

Vetus

Textus

malitia



malitiae cupiditatem effrenem, eisdem clavis confixam tenent,
 ut iam non Vetus Adam, sed novus, Verusque Christus, non
 seruum terrenum, et mundana affectis, sed coelestibus adducta,
 bona atq; honesta Voluntas, non caro impotens, et inconstans,
 sed Christi Spiritus fortis, et strenuus, per Dei gratiam, in ipsis
 vivat, atq; dominetur

Textus.

Itaque fratres dilectissimi non licet dubitare Sive nove mi-
 litiae Christianae, hoc est, vitae nostrae per Christi fidem spiritua-
 liter institutae, valde equum esse, et maxime consentaneum,
 ut ita suscepti itineris cursum, itaq; honeste, decore, ac sancte
 cunctas actiones, motus, gressus componamus, ut nihil discrepent
 ab eo, quo vivimus spiritu; a quo vitam, ab eodem hauriamus,
 et motum; recteq; vivendi, et bene agendi ab eodem capiamus
 rationem; ab eodem exordium, ab eodem progressum, ab eodem
 exitum operationum ineamus, habeamus, ac definiamus oportet.
 Siquidem vitae forma spiritus est; ad spiritus normam, et desi-
 deria appendamus et opera; interiùs et exteriùs, ad examen
 spiritus conversationem exigamus.

Caveamus ergo à carnis aestu, dolosiq; desiderijs; nec tam sing-
 inerrantiss, ac desideres, ut laudis humanae, mundanae ve gloriae appe-
 titus sensim obrepens, mirius sentientes, primum adoriatur; de-
 inde aude popularis favore aures delinuat; mox ventosq; famae
 dulci sibilo, clamoreque suaviter demulcenti, allicit, ac deum-
 ciat voluntatem; et tandem inani praesumptione claram men-
 tem expugnet, et cordis arcem deturbet, atq; dejiciat, solumq; com-
 planet. Quid enim? Caro Victoria, Vestimus, nolimus nobis
 dominabitur, furorq; insani rapiemur; et nisi mutuis
 vulneribus confossi ceciderimus; saltem livore invidiae tabe-
 scentes, consumptiq; peribimus; ^{nam} emulatione certantes, detra-
 ctionum moribus laceffentes, injurijs, contumelijs que provocan-
 tes alterutrum; indignatione, iracundiaq; mutua, inflammati, ad

V. 25. Si spiritu
 vivimus, spiritu
 et ambulemus.

V. 26. Non effi-
 ciamur inanis glo-
 riae cupidi, invicem
 probantes, Invicem
 invidentes.




rixas, duella, dissensiones inatati, quod nisi, et temperantia vite
periculum certum, et eterne salutis, salutem nunquam non
deplorandam, aut ignorantem querimus, aut miseriam subimus.

et ambulatione
vires spiritus
vires spiritus

et ambulatione
vires spiritus
vires spiritus

[Faint, mostly illegible handwritten text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is written in a cursive script and is largely obscured by diagonal lines.]

727



Cap

555

[Faint, mostly illegible handwriting in a cursive script, possibly representing a list or account entries.]

Cap. 6.

CAPVT. 6.

DISTINCTIO et summa totius huius Capitis. 6.

Tripartitum est caput. 1.º enim Apostolus Superiores instaurit, ut leniter se aduersus inferiores gerant; deinde subditos, ut beneficii, ac liberales sint in suos prelatos, seruo moret. Vtrumque verò quibus versibus absoluit. Tandem ab undecimo ad finem epistolæ apponens epilogum, omnibus id præcipit, quod in primis cupiebat, ne aures deceptoribus præbeant, qui non alio certe, nisi mundi spiritu, ut circumcisionem suadeant, induuntur. Ita fere ex S. Thoma. Interim præcepta morum, quæ superiori Capite inchoarat persequitur Apostolus. Dat itaq; primum de fraternæ correptione; alterum de elemosinis, et anima, et corpori misericordiam doceat. Tertium in cruce Xpi gloriandum: hanc regulam unicam esse perfectioni Christianæ.

TEXTVS

1. Fratres, et si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui spirituales estis, huiusmodi instaurate in spiritu lenitatis, considerans te ipsam, ne et tu tentaris.
2. Alter alterius onera portate, et sic adimplebitis legem Xpi.
3. Nam si quis existimat se aliquid esse, enim nihil sit, ipse se seducit.
4. Opus autem suum probet unusquisque, et sic in semetipso tantum gloriam habebit, et non in altero.
5. Quisquis enim onus suum portabit.

SCHOLIA.

V. 1. Fratres et si præoccupatus fuerit homo etc. Quænam hæc Pauli mens et scopus? D. Ambrosius superbos hæc carpi existimat qui lapios, dum acriter increpant, peiores efficiunt: quippe quos magis irritant, auctoritatem, tamquam inferiores, aduersum eos præcedentes. Correcit enim grauius, et seuerè, vix egregè ferunt se reprehensos: et præ pudore se excusando defendunt, addentes excusationes in peccatis, hæc omnia efficiunt.



Hoc verum, sed illud forte magis ad mentem Pauli, quoniam in exorta
fidei controversia, qui fixiores in ea Galatas, constantiores in fide
permanerant; reliquos, qui lapsi fuerant, vel minus strenue, et con-
stantea depugnauerant; aut (ut inquit Theodoretus) seuerius damnato
castigabant; aut (quod sentit Chrysost.) praeteru correptionis, male de
se merentes, conuicti insectabantur: Et fortassis, ex illorum offensione,
et lapsu sibi gloriam parantes, vehementius, exaggerabant delicta, et dum
increpabant errantes, exagitabant, iridebant; atq; superbi, tamquam in-
sanabiles detestabantur. hos sibi modesti, atq; prudentes commendos
decevit Apostolus. Itaq; legem in corrigendo praescribens, lenitatem pra-

+ et necessitate,

cipue commendat: que primum ex propria cognitione, deinde ex charitate
consurgit; ^{commemorati, peccati} fragilitatem, quam nemo, nisi ^{in corrigendo} ignorare, ^{de.} exarant exaltans
inducit ^{de} uicium uicium uicium de quibus tandem aliquando se
uerissime iudicandum in extremis ^{de}

2.

Frates] Lenitatem, quam commendauimus et exquirunt, instaurat
in spiritu mansuetudinis ipse delinquentes. Praeceptum est prudenti in
monendo, ac suadendo benivolentiae meminisse; hancq; passim uerbaum
mollitudine renouare. quod praestat apposite. Videmus Apostolus, dum
amicis nominat fratres, laudat, ut spirituales, hortatur, ut instaurantur,
tamquam sapientes. Cui etiam si, dato caso, q. d. neminem a se de-
liquisse, de omnibus bene sentio, non exprobo delictum. Et quanta est
cum spectare offensionem auerit, benivolentiam tuctur; opinor, inquit,
vos inuulpatos, sed, quod humanum est, porramus aliquem deliquisse:
lapsu, ut hominem; qua ratione is emendandus sit, hoc dico. ^{Presumptio}
Presumptus, comprehensus, ueluti diaboli laqueis; quibus (ut uidei S. Hieronimus)
totum mundum hosti nequissimi aspergit; ut decepti homines uelut
inscientes anniculas, stupidas bestias, capret. Haec Iusti querella apud
regium praetrem. Psal. 17. 6. praecipuerunt me laquei mortis, mortali
labos me cogitator nos pios quando mentis los temia. Occupat, qui non sen-
tientem, aut imparatum subito opprimat; praecipit uero qui ex insidijs
oseitantem, et nihil tale cogitantem aggreditur. Hugo de S. Vict. non
solum inscientem, sed scientem, infanum tamen ad uilendum praecor
pari dicit, quod uerum Iudicio. Haec Satanae ars psal. 9. 30. sedet in in-
sidijs cum dimittit (mercium spirituum) ut in occulto (scilicet latro-
nis uiciori insidians) interficiat innocentem, imparatum, imprudentem

Scientia



Sicutare est ladron en la venta al lado del río mercader para espulle.
de dixer quando mas seguio le vee aornete y lo assalta.

Quisquid? Homo 1 ex fragili natura compositus, facile succumbens, ac subja- 3
cens pavoreibus, homo inquam, qui mutatur, et recipitur. opus ma-
nuum figuli. Thee. A. 2. Vasibile, quod tamen reparari, atq. emendari
potest. Plasma, sed Dei, a quo etiam infinito precio, id est sanguine
Christi inflamatur, ac renouatur. In aliquo uno, vel altero, non in
multis delictis, per imprudenciam, lapsus per incuriam per omissionem
delinquens, hoc est legem permittens, no ex certa sententia, aduersus eam
et obfirmato animo depugnans, Græc. παρανομία, Lat. Lapsus, cum
qui imprudens, & nolens, impingit. Delictum minus est quam pec-
catum, licet hæc nomina aliquando confundi, debeant, et unum utra-
pari pro altero, quod et annotat Aug. et Hug. de 8. Vit.

Theoria. 1.

Singula verba ad extenuandum comparata sunt, atq. adeo ad 4
lenitatem (quam pretendit) suadendam aptissima. Fratres inquit,
quo minus aliud non occurrat, ut seruata dignitate personarum, eos,
qui patres erant, et doctores Ecclesie nominaret. Particula Est non
ponit, immo suppositum denat delictum. Participium præoccupatus mali-
tiam tollit, ac temeritatem delinquentis, neque enim significat cum
temeritate iuentem, ac sese voluntariè implicantem, et exortentem
sed imprudenciam. Magnam minus cause irretitur: hominem vero appel-
lat imbecillæ nature, non constantis animi vitium. Et in aliquo dicit
quasi remol, non sepius peccantem, neq. grauiori vitio nomine peccati,
facinorosi, aut flagitij, sed delicti, quo non tam malitia, quam impruden-
tia, nec pernicia quidem, sed incauta voluntas significatur. Et auerem per-
tinet hæc extenuatio, ut facilius lenitas commendetur, et misericordia
sensum inuepat, et in audientiam animos influat.

Scholia.

[Vos] Emphasin habet, que explicatur mox, dum subiungitur, qui 5
spirituales estis. Instructores (sicut August.) et valentes ad omni? carna-
liam responderet. Firmiores Rom. 15. 1. non carnales, et paruuli. 1.
Corin. 3. 1. 2. 3. sed iam proeecti et perfecti, non animales. 1. Cor. 2. 14.
animalis homo non percipit ea, que sunt spiritus Dei; spirituales, inquam,
id est, que non secundum hominem videntur, ac iudicantur, sed secundum



155

Deum, terrena callidit, et cetera sectantini, non tyroces, ac prorsus non in
in virtutum schola, sed progressum habentes virtutum aliquem, ut possit
qui duem veterum actionum spiritum venietis, et sequimini. Spi-
ritualis autem iudicat omnia. 1. Cor. 2. 15. quia sensum Xpi habet. 1. Cor.
2. 15.
Ibidem v. 16. salter dicit esse.

Theoria 2.

6. Tales decet esse quos ^{Qui his debent spirituales Viri?} spirituales patres vocamus, et anime, siue spiritu
gubernatores habemus atq. Doctores, instructores, ac firmiores ceteris
non animales, aut carnales, non parvulos, et fluctuantes omni vento do-
ctus Eph. 4. 14. sed qui omnia iudicent, Xpi sensum habeant, alias sapient
et spiritu ducantur. hos appello cum apostolo spirituales. Nomen spi-
ritualis Marrian videtur atque trata de perfectione, tunc exercitio de virtut
y principaliter de oratione y mortificatione que son las alas con que vue-
la en la vida espiritual hasta en cima de la cumbre y alcanza la perfec-
cion. sunt vero gradus in vita spirituali. Prout igitur in quovis gra-
du aliorum, qui minus sunt progressi, magistri sunt, et doctores. Hic loquitur
S. Apostolus. Vos qui spirituales estis etc. Spirituales autem appellamus quos
spiritu vivere, et spiritu ambulare debere supra docuit v. 17. cap. preced.
Huiusmodi y hancinem per insidias demonis deceptum et lapsum in via
spiritu, seu acceptum, et abactum, per domesticos lupos, et qui se pastores
merentur, ab grege sanctorum.

7. Instructio dicitur, viam monstrare interturbis, et lubricis peccati; hanc
curantem faciem profere, manum porrigit. Grae xatagis. Tabanem tenet. Canis.
veluti domum veritate fatiscere, aut Careranus fulcrum sustinet monito Ioan. 5.
nisi ne cadat atq. ei detur aliquid contingat. Ios. 4. Chrysost. et Theod. illa
metaph. corrigite, et regere, velut qui scripta corrigite, suppleti, et apponere, qui
adunt, signa characteres, puncta. Nam Christianus velut Epistola in qua
charibus scriptus legitur 2. Cor. 2. 3. August. 19. de civit. 16. si quis au-
tem in domo per inobedientiam domesticis pavi adversariis, corrigitur, seu
verbo, seu verber, seu alio quolibet genere pene subo atq. licito, quantum so-
cietas humana concedit, pro eius, qui corrigitur utilitate, ut pavi, unde dicit
tuerat coarctat] siquid tenebrati sycothante in calicium, seu delectum in
iuxta, supplendum, addendum, instaurandum; ea tamen ratione, ac lege,
ne dum exalte nimis corrigere tentas, cartham vel radendo perforas, vel
recentiaribus inquinis lituatis, ideo additur in spiritu lenitatis.

Theoria

Theoria 3. ex Augustino excerpta

Qui inservit non evertit, sed inservat, non destruit, sed edificat. Cuius
 forte delucere videatur, id eo consilio facit, ut vetustate abrasa, diutius
 inservatum Edificium conservetur. Destruenda sunt vicia et vitia,
 locus sit, quibus crecat Spiritus. Regula vero, quae inserventem dirigat, ne
 erret, Charitas est. Dilige, et fac ut vales. Dilectio enim terrena ducit,
 nec patitur errare. Inservit autem in patientia, et doctrina. 2. I Tim. 4. 2.
 inregra in omni patientia, et doctrina August. lib. uno super ad Galat.
 cum omni, inquit, longanimitate ad sustinendas indignationes eorum,
 quos destruis, et doctrina ad inservenda eorum studia, quos edificas. Longa
 nimitatem ex Greco ponit pro patientia. quod vero ait destruis ad vicio
 rum vetustatem referendum puto. que necesse sine sensu doloris, atq; adeo
 sine indignatione patientis vix potest. Debet autem medicum lenioribus
 uti medicamentis, priusquam ulcus aperiat, sed cum necesse fuerit, ferro
 utatur, et igne, et si ligatus clamet aegrotus, neq; dolentis vocibus, neq; con
 vicij ab inepto derideat. Utinam tam sanum animum curando alterius
 animo adhiberemus, quam sanis manibus medici corporis, aliena membra
 pertractant. Sicut enim pertractatores in corripientem videremus eos,
 quos curandos suscepimus, postea tamen, et sanos, et sanitatis suae gratiam
 agnoscentes, et parvo animo gratias agentes experiremur. Nihil autem
 magis, si proficere vis corripionem, cavendum, quam lites, et certamina;
 quae una mansuetudo praecidit. Nam enim qui corripitur committit, se tunc
 acinis, quibus iniecitur corripientem, non decet malum pro malo, ac
 maledictum reddere pro maledicto, hoc enim non corrigere, sed ligare
 fuerit, quod cauet Apostolus. Servum, inquit, domini litigare non oportet:
sed mitern esse ad omnes, docibilem, patientem, cum modestia corripientem
eos, qui resistunt veritati. 2. I Tim. 2. 24. quomodo cum modestia, quomo
 do corripientem, inquit Aug. nisi cum lenitate cordis retineremus, et ali
 quam medicamentum acrimoniam verbo correptionis aspergimus. Pax
 igitur, inquit eodem S. P. et dilectio, et communis periculi cogitatio
 in corde reservetur, modus autem sermonis, sive acris, sive blandis
 proferatur, sicut salus eius, quem corrigis, videtur postulare moderand.
 Et. Nunquam itaq; alieni peccati divurgandi suscipiendum est nego
 cium, nisi cum intente interrogationibus examinantes notam conscien
 tiam liquido nobis coram Deo responderimus, dilectione nos facere.
 Haecenus Aug. super epist. ad Galat.

9 Vita coccinea labiata, et loquium tuum dulce. Cant. 4. 3. Corruptio
 est opus charitatis, et alio labiorum. Hæc igitur labia in corrigendo sapient
 charitatem, sicut quasi vita coccinea, hoc est vinculum perfectionis, quo
 vinciantur animi, non divorcentur; si vero acrimonia correptionis, quia
 sic exigit ratio gravioris peccati, instar acutæ nauaulæ non nunquam
 scilicet debet sanguinem, quæ sit charitas, quæ asseringat veluti vita bra
 chiurn, ac mox laxata mobilitatem minuat. 9. reprehensio aliquid acrimo
 niæ habeat, labia sanguine rubcant, sed verba reprehensionis lenitate
 condiantur, ut sit tandem loquium dulce, non amara diu queat reprehensio.
 huiusmodi extitit illa Nathan propheta in David Regem 2. Reg. 12. 1. 2. Reg.
 et illa xpi. Dni Ioan. 8. in Pharisæos adulteræ mulieris accusatores. Ille Ioan.
 quippe ipsum delinquentem Iudicem fecit valde opportunè sui delicti. X.
 v. Pharisæos Iussit Iudas de peccatrice genas sumere. De uxor. Aug.
 in Ps. 50. 4. ad secundum et sanandam vulnus cordis eius serram fecit de
lingua eius. hinc de sullenqua de ellos nauassa para corat y sanan la
postema encancerada. Pulchre illa, Monitio auribus, deinde asseringit cotinela corat, Cicero de
 Amicitia.

In spiritu lenitatis } per mansuetudinem, quæ fuitas spiritus est super
 cap. 5. 23.

Theoria 4^a de lenitate corrigentis

10 Hic spiritus lenitatis obertus Helia 3. reg. 19. 12. quo doceretur mirum
 agere summo tantum in castigandis hominum erratis severitati rigorem,
 vel deponere, vel remittere. In spiritu enim dicitur tenuis. H. en la blanda
 marca viene Dios y no en el cielo de fuego, ni en los riueros ni en la lampa
 ga, ni en los rayos del fuego, non in spiritu, id est vento, non in commotione
 coeli et tempestate omnia ruante, nigra igne fulgurum, aut fulminum
dominus. Si spiritus Dei 2. corinth. 2. 3. scripta est epistola, eodem spiritu
 corrigenda. hic spiritus lenitatis spiritus principalis. Psal. 50. hoc est dignus
 Principe, et vere ministro Dei. Non autem spiritus vehemens Ps. 48. spiritus
 durus Isai. 27. spiritus Iræ Job. 4. 9. subvertens, conterens, consumens omnia
 Ps. 140. Corripiat me, inquit Iustus in misericordia, quasi severitas in
 Iustitiam sapiat. Proverb. 11. 17. bene facit anima sua via misericors. in
 corrigendo nimirum. Vnde sibi ipsi male facit seruus nequam, cui dictum.
 Nonne te oportuit misereri corruui tui, sicut et ego miseratus sum tuum.
 Math. 18. Cant. 4. mell et lac sub lingua tua, non fel et amaritudo in cor
 regione. Interea, quæ vitæ hominum necessaria dicuntur. Eccl. 39. 31. mell
 et lac numerantur, lac, quo aluntur parvuli innocentiam significat
 conuersationis

conversacionis, meli medicandis vulneribus datur, dulcedinem correptionis.
 ut Hugo Card. non alienè admodum interpretatur. Q^o qui munus cor-
 rigendi debet meminere se rudioribus, ac parvulis lac, agrosantibus mel
 prohibendum. Haec ex eui lingua fluant, si vult rectè suo officio fungi, non
 minas, non tonitrua, non fulmina ei acubetur. 2. Reg. 23. 3. David sedens
in Cathedra quasi tenerissimus ligni vermiculus, qui blando ore perforat
 lignum, et deiecit magnam aedificij molem: sic blanda certe reprehensione
 plus efficias. ¶ Azorius virga floret, quia sacerdos et pater Spiritua-
 lis dum corrigit, flores spargit: non enim contrahat, ut interitum afferat:
 sed ut cum emendatione laetitiam Spiritus revolet. Hic. virgam vi-
gilantem videt Proph^a quae sub amaro cortice, ac duro dulcissimos continet
 fauitus. Exod. 22. 6. qui ignem misit in segetes d^a reddet damnum
 id est, qui iracundis flammis animos exurit, vel simplicium, vel graui-
 xum auditorum. 1. Corin. 4. 21. Spiritui mansuetudinis virga opponitur,
 quae severitatem significat, Ita secundum aliquos virga pro flagello,
 psal. 124. v. 13. neq^{ue} tamen ad preoccupatos, sed magis ad obstinatos, et rebelles
percutit, ut annotat Hieron^{us}. Cum illo quidem, qui se curandum offert
mitis omnino agendum. Contra eum, qui detrectat correptionem, et offi-
 cato animo seret in scelere Spiritus, qui ad vindictam creati sunt. (Cede-
 39. 33) ciendi, et accensendi 2. corin. 10. 6. et in promptu habentes uli-
si omnem inobedientiam. Verum si pastor iracundia concitatus miser-
niculam fute cepit, maledicta detinet, clamoribus incitatua. Si
crassa se arista et gancho, con maledictione, la espanta, con gritos, la
atude. audiet Osee 34. cum auctoritate imperabat^{is} eis. Greg. Pastor. cu.
 p. 2. cap. 20. cum non malitia, inquit, sed sola ignorantia, vel infirmit.
delinquitur, profecto necesse est, ut magno moderamine ipsa delicta corre-
ptio temperetua, cuncti quippe, dum in hac mortali carne subsistimus, cor-
reptionis infirmitatibus subiacemus. Ex se ergo debet unguisq^{ue} colligere
 qualiter aliens hunc oporteat imbecillitati misereri: ne contra infirmitate
 proximi, si ad increpationem vocis feruentius rapiatur, solitus sui esse videa-
 tur. Haecenus S. Doctor, quibus verbis paraphrasin nobis preber huius
 loci. Unde ipse sententiam mutatu est. Rationem enim, quam ipse
 affert, subiungit Agost. statim inquit.

16.

+ qua de re vide 5. Bern.
 serm. 44. in cant.

Scholia.

Considerans te ipsum d^a. Cui argumentum proclare suadens, et alliciens

12



ad lenitatem correptionis. Quod tumitur à comparatis. Par enim ratio tenenda in ijs, que eiusdem naturæ sunt. Si ergo tu homo carnis, à peccandi periculo immunus non es, nunquid non, necesse est, ut in aliorum emendatione raris misericordem et blandam te exhibeas, quam in te cupis alios blandos, et misericordes esse? Nihil enim (aut Aug. hic) ad misericordiam sic inclinatur quam proprii periculi cogitatio. Et S. Thom. hic etiam, nihil tam iniquum, tam infingit hominis severitatem in corrigendo, quam suavis peccati consideratio. Et enim illud omnibus innotuit naturæ præceptum. Quod tibi non vis, alteri ne præstas. Quare hinc verbum 2.º Subiungit argumentum Apost. alter alterius onera portate. q. d. id præstare, et facite, quod vobis ab alijs fieri, et præstari exoptatis. Atq. ut indicaret fontem ~~argumenti~~ argumenti, sic inquit, adimplebitis legem Christi et charitatis, que in principio naturæ à Christo Domino explicata, et commendata Lucæ 6. 31. basim atq. radicem habet. Considerans te ipsum inquit, id est, circumspiciens te undiq. excedentem tuæ naturæ imbecillitatem: attende etiam pependens lubricam hominis vicem, labiles deniq. gressus timens. Qui enim considerat, sedulam, ac perspicacem adhibe animadversionem. q. d. ita opere præcium est in alios animadversas delinquentes, ut pariter animadversas te posse etiam aliquando delinquere. Ergo dum accius vindicæ fratrum errata, cave exemplum, ac præiudicium relinquant severitatis in tua. Dabis itaq. operam, ut tua correctio, quam legem tibi præstitisti in posterum, si lapsus fueris, Lex clementiæ sit non rigoris. Neque enim potest severus esse in iudicando, qui alios in se severos esse iudices non vult. pro lege manibus Cicero.

13. Te ipsum emphasim habet duplicatum pronomem, tuam, inquam, naturam, fragilem conditionem, humanitatis, qua circumdatus es, infirmitatem, prorum ad peccandum animi affectum.

Ne timorem inquit q. d. cave, time, ne incurras in eiusmodi lapsum, ut simili si multa plectendus Math. 7. 2. in quo enim iudicio iudicaveritis, iudicabitur vobis, et in qua mensura mensi fueritis remetietur vobis.

Ne et Videtur per ecclesiæ subintelligendum, accidat forte ut. Ita ne accidat forte, ut et tu, id est, tu similiter, atq. ille, quem corripis, corruptionis necessitatem, atq. iudicium incurras.

14. Tu cum emphasi dictum. Tu, id est, qui ex tuo, et alto dignitatis loco, velut ex specula sublimiori in arena rari corribus expositum micellum intuearis, pronuncionem. Tu, inquam, qui in portu navigas, qui nunc salvus es, et immunus



a periculo. Tentatus Dicitur Iesus cuncta periculis, ac deturbatus ex gradu quem debi-
 nes gratie seu Substantie. Qui se existimat stare, videat ne cadat. 1. Corinth. 10. 12.
 Apostolus Hieron. Sani infirmos sustinent, mortui sepeliunt viui; quia et ipsi
 et infirmari et mori se credunt posse. Ita qui stat indigere potest alterius
 auxilio. Itaque considera te posse tentari; imo caue ne in tentatione vincaris.
 Vnumq. seruum attingit. Eman. Sa. Puerum videtur tenuisse Hieron. cum
 ait. Notante dictum non cadas, sed tentaris, qui vincere, aut vinci in
 nobis non nunquam potestate est, sed tentari in potestate tentantis. Ex
 difficultate autem victoris dicitur Subu. Compari. Quare Heb. 4. non enim
 habemus Pontificem qui non possit compari, tantum autem rex omnia
 pro similitudinem abiq. peccato. Vbi Hieron. Saluator propterea tentatus
 est iuxta omnia nobis similitudinem abiq. peccato, ut possit compari et condolere
 infirmitatibus nostris suo doctus exemplo; quam difficulte sit in carne victo-
 ria. Hoc ille, quoties verò accidit, ut boni viri, ac Patres Spirituales prius
 tentatione tangantur, mox autem in opinati in eum invidant, qui simili
 tentatione pulsatus est. Vnumq. proueni. Deus sua ineffabili provida
 et bonitate, ut si ipsi discant ex sua infirmitate obiecta egrotanti lenius
 medicinam adhibere. Hoc itaq. innuit Apost. fieri quidem posse, ut qui
 corrigi alium, veniat ipse in tentationem, vel cum suis alterius peccati,
 vel certe inanis glorie, dum se inuicem a peccato Iudicans asperius aliena
 respiciendit. Cogitare q. debet, qui reprehensus accidit, aut aliquando se
 se videri laborasse, sicut periti, aut modo in os esse; aut saltem in posterum
 posse cadere. hoc est periclitari, Et verse entre los cueernos del toro
 y nadie no diga de esta agua ni beber. sed potius; homo sum, humani a-
 me alienum nihil puto, sepius accipiet. Modeste satis, et caute notat
 est, qui in corrigendis aliorum delictis, grauius ipsi ex indignatione pecca-
 bant. Ita intellexit Aug. hic, cum sic interpretatur. Deinde ne sibi quisq.
 videatur instruere, etiam cum proreue exigit, invidetq. peccantem, aut
 superbe tanquam insanabilem deturbetur. In Spiritu inquit, mansuetudi-
 nis intendens te ipsum, ne et tu tentaris. Hec Aug. postleriorum seruum
 non minus probandum censeo. Tentaris, id est in tentatione corruas. Ictu
 Demonis imperato percussus de statu cadas, vel subito impulsu inuentis
 aures mocearis, et precepti in caput tuas: quod est animi clari subta pena,
 ut inanis glorie, quo inflatus est ventus, in ea vicia impellatur, de quibus
 grauius Iudicium, seu oblitus, profere non timuit; videtur autem dictu

per rapinam seu diminutionem tenebris, pro cada, seu vineari, et per
